B 299

Fondazione Diabete To
Museo del Diabete
Libri Antichi
20

MUSEO DEL DIABETE
della Associazione
KAREN BRUNI BÖCHER
Via Beaumont 72 - Tel. 011/4477127
10138 TORINO

MATTHIÆ MORONI

In Montiſferrati Statu Protophyſici Ducalis & Chriſtianiſſimi Regis Medici ac Conſiliarij,

DIRECTORIUM
MEDICO-PRACTICUM,

ſivè

INDICES DUO PRÆTER-
naturalium Affectuum, cum Diſtinctorum, tum Implicatorum, de quibus extant Graviſſimorum Virorum Conſultationes, Epiſtolæ, Quæſtiones, Reſponſiones, Obſervationes, Hiſtoriæ &c.

Medicis, præſertim Tyronibus, quæ conſimilibus in Caſibus imitentur Exempla, præmonſtrantes.

Jam primum in Germania editi, variiſque Auctorum exemplis aucti.

Opera & Studio

SEBASTIANI SCHEFFERI D.

FRANCOFURTI ad Mœnum.

Sumptibus Viduæ JOANNIS GODOFREDI SCHÖNWETTERI.

Typis MATTHÆI KEMPFFERI

Anno M. DC. LXIII.

ILLUSTRISSIMO COMITI AC DOMINO

D. KENELMO COMITI DIGBÆO, EQUITI AURATO,

CAROLO MAGNÆ BRITANNIÆ A SECRETIORI CONCLAVI,

REGINÆQUE MATRIS CANCELLARIO, DOMINO SUO GRATIOSO.

TErtius jam agitur annus, Illuſtriſſime Comes, ex quo Tibi tum in his regionibus commoranti cum aliis ſcriptis in Academia Julia editis, cumprimis incomparabilium Virorum Dd. Calixti & Conringij introdu-

ctionem in artem Medicam, ex hujus doctrina à me conſcriptam, & ſub ejuſdem pręſidio habitam, exhibui; quam Tu non tantum benevole atque humaniter accepiſti, ſed & frequenti Tua converſatione illuſtriſſima cum heic, tum in Thermis Martiis favorem maximum abunde teſtatus es. Inter varios diſcurſus & obſervationes tum temporis notatas mentio facta *Moroni Directorij* in manus meas auctionis ergo verſantis, *quod*, ut recte Moronus ipſemet in prooemio ait, indigeat opus laboris tantum, & non ingenij. Nam quod recte me facere dixiſti, quod in publicum & nova facta acceſſione prodam, quæ à Morono, ob *interrupta cum exteris gentibus commercia, eoque modo comparandorum librorum opportunitatem ademptam*, non ſunt tradita, ſed ab aliis uſu & experimentis propriis obſervata. Quod inſuper hortatus es, ut pergam, ſicuti ceperim, nec me patiar per calumniam à bono propoſito abduci: Id omne merus Tibi amor dictavit, æſtimandus non ex meritis meis, ſed affectu Tuo maximo & plane ſingulari, quo minimè me dignum eſſe, & agnoſco lubens & ingenue fateor. Nec ejuſmodi ea hæc ſunt, quibus ad gloriam eatur, aut famam: Quæ vivere volunt, genium habere debent, iterum digna legi. Ego vero procul ſum ab ea beatitate, per

quam

quam datur legenda ſcribere. Si hoc Moroni inſtituto felicia omnia excitentur ingenia, ut omnes obſervationes candide notare ſuſcipiant, ſat me quoq; conſequutum arbitror. Hic præfixus Morono ſcopus, quem tyronib⁹ in re Medica probari, expertis vero diſplicere ſcivit. Quam varia & inter ſe contraria ſint hominum judicia, apprime & ego novi. Ex uno eodemq; flore apicula mel ſugit, aranea vir⁹. Cicuta aves cibat, homines necat. Purpura, Regum dec⁹, ad pugnā invitat tauros. Svaveolens amarac⁹ ſetigeris ſubus acre venenum eſt. Hic roſas legit, ille ſpinas. Ac ne jovi quidem parcitur: Et omnes obſervatores in hoc pelago trāquillum ſibi curſum auramq; ſecundam polliciti ſunt. Præclarius de his judicibus nō dicet, quem ratio ducet, abs quibus *Directorium Practicum* nomen traxit: utinā vero & rem? Voluit certe & conatū eſt. Vtrum voluntati laborioſæ poteſtas, ac conatui ſtrenuo effectus, aliqua ex parte reſponderit, nec ne? ipſum candido in praxi caſuum variorum & incurabilium verſanti relinquit dijudicandum. Te vero, Illuſtriſſime Comes, patronum ſibi delegit, quia & debet ſe Tibi. Æquum eſt, ut cujus hortatu atque impulſu auctio hæc conſcripta fuit, ejus gaudeat & tutela. Nec Tu vilem clientem aſpernabere. Sol, oculus mundi, qua luce

celſas abietes, & pingues olivas vitiferaſque valles irradiat, eadem & humiles myricas dignatur & ericeta ſterilia. Dignum Te ſcriptum non niſi abs Te, & Illuſtriſſimo illo in Anglia oborto, Regiaque auctoritate inſtructo collegio (quod laudatiſſimo genio naturam imitatur, artemque tradit, etſi faſtidioſam laboribus, apparatu deſpicatam, attamen nec obſcuram natalibus, nec effectibus ignobilem, nec ſterilem fructu, nec vacuam delectationibus, nec vulgarem uſu, operibus ſæpe mirabilem, æmulam naturæ, ſtipatam cultoribus nec è paucis nec è vulgo) proficiſci poteſt. Et nos glandibus hujuſmodi veſci cogimur, donec Tu fruges uberes promas Obſervationum Tuarum cum editarum in egregiis Tuis operibus de *Immortalitate animæ rationalis, & de Sympathia &c.* tum nondum publici juris factarum: harum ne Te gloria incorrupta, nec indigna tanto loco, nos fructu, diutius prives, orant Te atque obteſtantur omnes docti, cumprimis Maximi Tui Nominis obſervantiſſimus admirator, rerumque naturalium ſtrenuus indagator, Amicus item meus integerrimus Dn. Ioannes Matthiæ F. von Overbeck. ex quibus vel ſolis obſervationibus Tuis addere poſſim appendicem tenui atque exili huic libro tantam, ut copia ipſum exæquaret argumentum.

mentum. Hoc ita tractavi, quemadmodum etiam Moronus fecit contra inſtitutum, ut quaſdam Phyſiologicas Anatomicaſque obſervationes, quæſtiones, hiſtorias titulis præternaturalium affectuum adjungerem. Nec ignorabam, hoc in libro augendo meliore & correctiore, ac à me facto, alios ſudare, qui meritam forte præoccuparent palmam: Attamen ne ipſi quidem videri velint, ita eum exhauſiſſe, ut non aliorum induſtriæ aliquid reliquerint, & ex larga meſſe ad ſpicilegium ſtipulam, & poſt ampliſſimum fæniſecium herbulam ad ſicilimentum, ita ex inſtructiſſima bibliotheca perfectam indicem. Nec abſolutum opus cum Morono do, ſed inchoatum & imperfectum, amanuenſis cujuſdam cura & opera creditum, ob varia incommoda, mihi hoc tempore incumbentia. Deſcripſi bonis & malis. Illis ut faveant & ament, his ut liveant ac oderint. Hujus ſcriptionis fructum uberrimum me concepiſſe putabo, ſi Te reſcivero, Illuſtriſſime Comes, non iniq; tuliſſe, quod nomen Tuum, terra marique celeberrimum, deſpicatiſſimo hocce ſcripto præſcribere fuerim auſus, quando vultu gratioſo dignaberis, in quo, de quibus ſæpe audivi minime vulgaria diſſerentem recognoſces, & animum imprimis offerentis, qui cum Parente

rente plurimis maximiſque beneficiis obrutus, quum eluctari nunquam poſſit, maluit ſignificationem aliquam extare obſequioſæ ac devotæ voluntatis, quam turpiter permittere, ut prorſus ſuccubuiſſe videatur. Deum T. O. M. precor ut Illuſtriſſimum Dominum Comitem longæva beet ſoſpitate, & Angliam rurſus reviveſcentem citò, tutò, jucundè tranquillet. Francofurti die 9. April. Anno CIↃ IↃCXLIII.

Illuſtriſſimi Domini Comitis

Humillimus & ad prompta ſervitia paratiſſimus

Sebaſtianus Schefferus D.

NOBILISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO D. D. ANTONIO COVVNGIO, OLIM MONTISFERRATI PRO CHRISTIANISSIMO REGE CHOrarchæ, Caſtrorumque Tribuno, demum apud Cathalaunos Proregis Arcurtij vices digniſſimè obeunti,

Famæ perennitatem

MATTHIAS MORONUS REGIUS ET MEDICUS ET CONſiliarius.

De remedica conſcriptum volumen ad Aram Martis tui donarium appendo. Ne mireris: Incendio enim aquas admovemus. Ad vulnera, quæ nullibi quàm in Caſtris frequentiora petendæ Medicinæ Indicem deferimus. Neque inglorij ſunt milites, qui Medicas norunt verſare paginas; quando Medicam ipſam facultatem clariſſimi olim Principes Regeſque, Pacis nempe, Bellique præſides calluere. Non quæro Gygen Medorum Regem illum, cæteroſque. Unus Mithridates Ponti Rex, quadragenariuſque Romanorum terror, Agmina variis æquè componere gentibus, ac Pharmaca pluribus miſcere elementis: irruentium impetus hoſtium retundere, ac ingruentium febrium novit arcere furores: dignus verè, qui ut etiamnum, ita ſemper in caſtris & Pharmacopoliis apud milites, Medicoſque vigeat Mithridates. Tu quidem, cujus hic liber eſt, cuique perennem inter nimbos miſſilium, funerumque acervos incolumitatem auſpicor (nimio quippe ſæpius vulnerum gloria ſtetit) volumen alterum habes tua altamente repoſtũ hoc, quod offerimꝰ, lõgè majus, utilius longè. Ex eo enim didiciſti urbem in hoſtiũ oculis ſitã, & contra quam penè totus juraverat orbis regere, ac tueri: Animorũ vota explorare; explorataq; ita concordi pace ligare, ut una omnium mens eſſet. Majora ſunt hæc, fateor, & longè utiliora, quàm humani corporis molem, cui tota Natura deſervit ſuſtinere: ejus primordia, atque habitudines indagari: diſſidentia in ea elementa ita moderari, ut eodem fœdere quo fuit ab initio compacta, Arte Magiſtra, vitam etiam ducat perenniorem, ſucci herbarum, lapidumque trita durities; ingeniorum, cujuſmodi plenus eſt Orbis mediocre acumen potuit iſta. Sed illa protrita contemplando Principum ſolertia magis ingenia pepererunt. Illa inquam peperit tua media vix ætate jam cana prudẽtia, qualem præterita non vidit ætas, noſtra miratur, ventura non credet. Impar tamen non omnino veniet volumen hoc, tuo, ſi à te illa, quæ Gallici cum omnis ingenij, tua tum verò prima laus eſt, excipiatur comitate: quam Calanenſis, dum ſtabit, dicet urbs dum vivam dicam ego: poſt mea verò fata ideò ſuperſtes hic liber, quia ſub tuo nomine Gallia, Germania, Italia & Hiſpania, meliori Europa nempè diffuſo prodit, æternum prædicabit. Vale.

()()

MATTHIÆ

MATTHIÆ MORONI D.
PROOEMIUM.

IMITANDORUM Exemplorum neceſſitas cum in aliis multis conſpicua eſt atque manifeſta; tùm in ipſa Medicina ſplendidiùs elucet. Hæc enim, docente Gal. de Medendi Methodo lib. 9. cap. 6. duobus veluti cruribus incedit; Univerſalium theorematum cognitione, atque in particularibus exemplis exercitatione: quorum altero deficiente, neceſſario claudicat. Sed, ut inquit Seneca Epiſt. 6. ad Lucilium, *Longum iter eſt per Præcepta: lubricum nimis per propriam experientiam*: quod ipſum in Aphoriſmorum initio decernit ſummus Dictator Hippocrates, inquiens: *Vita brevis, Ars longa, Occaſio præceps, Experimentum periculoſum, judicium difficile. Breve autem eſt*, ſubdit Seneca, *& efficax per Exempla*: per eorum ſcilicet, qui Artis uſu, & Doctrina claruerunt, Veſtigia. Et ita planè eſt. Exempla enim ſunt Præcepta; ſed compendioſa: ſunt Experimenta; ſed certiſſima: ſunt Ariadnæ filum, quo ex abſtruſorum Morborum labyrintho in apertum cognitionis campum emergimus: ſunt Aſtrorum undequàque ſplendentium motiones, quibus longa ac fluctuoſa rectè medendi Maria fauſtè, feliciterque traijcimus: ſunt Antra fatidica, è quibus ſpiritu afflamur, futuros morborum eventus tutò præſagiendi: ſunt Panacea, ex qua tam latentes, quàm manifeſti languores appoſitam, & convenientem medicinam conſequuntur. Qui Exemplis hiſce innituntur, habent ſub unum aſpectum totius Medici Senatus Opes, & Decreta: Summorum ſacræ Medicinæ Antiſtitum Vigilias, & Documenta: & quidquid illis benè aut malè in Medendi exercitio contigit, in horulæ unius contractum lectionem. Habent quamvis nondum tyrones, quibus ſe aptos reddant, & idoneos ad currendum in eodem circo ad ſimilem Palmam: ad perficiendum pari induſtria, pari cautione, pari facilitate, parique felicitate, quidvis ſuſcipiant, gerant, conſulant: atque illi ipſi, qui totam ætatem ærumnosè in ſtudiis actibúſquè conſumpſerunt. Quis autem quempiam in via ſequens, non caverit, ſi prior in foſſam ceciderit, ut devitet periculum, peccati conſequentiam fugiens? Quis verò Athleta, qui viam, quæ ad gloriam ducit, didicerit, aliùmque viderit Athletam, qui eum præceſſerit, præmium habuiſſe, non contendat ad Coronam, ipſum priorem imitans? Quis imperitus gubernandi, ubi plures ſint Naves, curſum non temperabit, & ſequetur priores: ut vada, & ſcopulos vitet, & ſine magna ſua arte portum cum prioribus petat, & teneat? In hunc finem Hippocr. rectam medendi methodum non ſolùm vitando, præcipiendòque ſtudentibus ingeſſit; ſed claris etiam Exemplis in Epidem. libris, ut ibidem Galenus annotavit, certam inſtituendæ curationis diſciplinam tradidit: factíſque ſimul, & verbis ad eam ritè percipiendam impellit. Sic Galen ſuis in libris paſſim pro re nata; ſic poſt eum pleripue alij ſuas nobis Obſervationes, ſua factarum curationum exempla reliquerunt: ut haberent ſinguli conſimilibus in caſibus,

quibus

quibus tanquam Conſultoribus uterentur: quóſque imitarentur ſummos Medicos. Hac ipſa de cauſa, dum Clariſſimorum Virorum Conſultationes, Epiſtolas, Obſervationes, atque Exempla evolvo, & ſingulorum inſcriptiones ad proprios uſus in Alphabeti ordinem digero; mihi natus eſt præſens Index Medicus. Eum in lucem exire paſſus ſum, quod anxiâ novem annorum expolitione non indigeat opus laboris tantùm non ingenij. Scio apponi multò plura exempla potuiſſe, & debuiſſe: ſed interrupta turbulentis hiſce temporibus cum exteris gentibus commercia, comparandorum librorum omnem adimunt opportunitatem. Quæ deſunt, igitur, ſupponant alij, quibus inſtructior eſt Bibliotheca: & dedi exemplum.

BENIGNO LECTORI.

IN opere penè poſthumo, & dum extat ſub prælo Lugdun. 1650. vitam finientis D. Matthiæ Moroni, intuere Lector Benevole humanam calamitatem, & hunc humanorum Morborum Indicem æquo animo ſuſcipe. Hic morti ceſſit quinqnageſimo tertio ætatis anno, dum ab aliis mortem expellere conſveſceret. Adoleſcens medicam ſcientiam apprimè acquiſivit, laudis egregiam retulit coronam; modeſtiſſimis moribus ac ſolerti perſpicacitate conſpicuus. In Caſalenſi Civitate nactus ingentem campum oſtendendæ ſuæ doctrinæ ac peritiæ Medicæ inter Martis Caſtra, ſcilicet Urbe, ter agminibus hoſtilibus fruſtra tentata, & in obſidionibus, morbis variis epidemicis ſemper ſævientibus, tam mirum ſpecimen exhibuit in Curationibus, ut non ſolum apud proceres, ac Cives, ſed & advenas, oraculorum vim ejus effata obtinerent. Hinc ſereniſſimus Carolus primus, maximus virtutum æſtimator, Protophyſici munere in Montisferrati ditione inſignivit. Et ille quem ſemper fama Regem prædicabat Ludovicus XIII. inter Medicos, Conſiliarioſque ſuos aſcivit. Caruit liberis, ſed ſoboli longè perenniori ſtudebat; coactis enim undique, licèt pretio magno, & lectis voluminibus, dum hunc partum edere conaretur, morte acerba ſublatus eſt: de duobus enim quos promittebat indicibus, ſecundum conficere non valuit. Ego verò ut munere ejus, jubente Sereniſſima Celſitudine in Monteferrato fungor, ſic adire pariter onus volui Amici obſervantiſſimi fato imperfectum; (*indicemque ſecundum efformare ad mentem illius unà cum Medicinæ Profeſſore Franciſco Bernardino filio meo elaboravi.*) Qualecunque eſt opus Lector humanius excipe veluti orbatam parente prolem, & fruere hiſce laboribus, qui labores ſtudentium minuere maximè poſſunt, & caſus ſimiles indicando pro ægrotantium ſalute, promptius ac rectius oportuna præſidia demonſtrare. Vale. Caſali, Calend Anni 1650.

Ioannis Gulielmus Gerardus Protophyſicus Montisferrati.

Per l'Opra del Signor Protomedico Matthia Morone, dedicata al Signor di Covunges.

Sonetto di Vincenzo Balena.

Moron, che ſol per liberar dal male
Gl' huomini infermi, e ſostenerli in vita,
Moſtri à ciaſcun la tua virtù inaudita,
Per cui reſo tù ſei anco immortale.
Queſta grand' opra al fiſico hormai vale,
Come vale al nochier la calamita.
Poiche il ſicuro porto ella gl' addita,
Ove ha rimedio il grave corpo e frale.
Ad alcuno giamai non paia ſtrano
Ch' un libro che à guarir dà la maniera
Dedicato tù l' habbia à un Capitano:
Che gia ſi vidde infra la Greca ſchiera
Sol vibrata tal hor da inuitta mano
E ferir e ſanar haſta guerriera.

ACROSTICHON

Ioannis Alcidy Muſnier Medici Lotharingi celeberrimi ad Auctorem.

Mæonides	Muſæ	Magnum	Memorate	Magiſtrum,
Æterniſq;	Alacres	Animate	Accentibus	Aures.
Torbebant	Triti	Tineis	Tectiq;	Tenebris.
Theſauri,	Triſtemq;	Trahens	Tellure	Tacente,
Horrorem	Hippocrates,	Hygeaq;	Honoribus	Hauſta,
Italicos	Inter	Iuvenes	Inculta	Iacebat.
Aſt	Apopompæas	Aucturus	Alacriter	Artes,
*S*uccurrit,	*S*chencki	*S*tadium	*S*choltziq.	*S*ecutus
MORONUS,	Magno	Mentis	Molimine,	Morbis
Obviat	Omnimodis,	Orciq;	Occurſibus	Obſtat.
Raraq.	Reſtituens,	Reſeranſq.	Recondita	Rerum,
Occultas	Oſtendit	Opes,	Oraculaq.	Offert.
Noſologiſq.	Novum	Nutrit,	Navatq.	Nitorem.
Vnice	Virtutum	Vindex,	Veterumq.	Virorum
*S*plendor,	*S*ervatam	*S*tudiis	*S*ortire	*S*alutem.

OPERIS

OPERIS AUCTORI, DUM EDIT PARTUM pereunti, EPITAPHIUM.

Adverte huc oculos, monituſque recede Viator.
Phœnicem hac Medicum, ſed minor Urna capit.
Indice quæ perimant Hominem, dum digerit, illum
Omnes quæ perimit Mors truculenta rapit.
Expertus nempe eſt ultricia fata ſeveræ
Aſtus dum varios prodere Mortis amat.
Concita veſano exarſit Mors ſæva furore,
Tanquam detectis illacrymata dolis.
Aſt ut in occiduo marceſcat pulvere Phœnix,
Non illum Mortis pallida ſceptra premunt.
Surgit ad Eoas ſemper redivivus in Auras,
(Mortis id eſt) vita jam meliore fruens.
Inclyta ſic illis quos vexit ad æthera virtus,
Sic ſua Morono gloria parta viget.
Vive pares cinerum luces, ſectare labores;
Vitam ſi ſapies, ut moriare, trahes.

Franciſcus Bernardinus Gerardus Caſalenſis, Philoſophiæ & Medicinæ Doctor, gratæ poſteritatis memoriæ poſuit.

Præclaris Laboribus Excellentiſſimi Domini Matthiæ Moroni, Conſiliarij & Medici Regij, &c. Officium grati animi, & Epigramma.

Vidi ego. Phœbeum munus projecerat: & ſi
Fas eſt flere Deos, flebat Atlantiades.
Et fato vis major erit? ſunt irrita virgæ
Iuſſa ſoporiferæ, juſſa timenda refert.
Moronus medica ecce novus Podalyrius arte
Quos jubeam morier, jam docet ipſe moras?
Et quod nullus adhuc: uno indicat omnia libro.
Ars quibus & minimo ſollicitata viget?
Audiit Arcitenens: ceu nubila pelleret, Ægri
Leniit his fratris pectora mœſta ſonis.
Ne oderis ipſe virum: Medicis licet artibus obſtet,
Te colit eloquio ſplendidiore Deum.

Ioannes Caſtellus à Careſana Seminarij Caſalenſis Rector.

AD EUNDEM OPERIS AUCTOREM.

Phœbe tuum rabidus numen, tua telaque livor
Ridet, inextinctum quem jubet eſſe parens.
Illa fuere quidem vaſto metuenda Draconi,
Sed rabiem haud Stygiam ſternere tela valent.
Hinc medica qui ambage Ducem dat certior Index
Illum habet Odriſij fortior Ara Dei.
Livorem, cum Marte ſuo Covungius heros
Morone haud Μῶμος, invidiamque premet.

Evaſius Maria Belingerius
Nepos obſequentiſſimus.

IN LAUDEM

DIRECTORII MEDICO-PRACTICI.

Excellentiſſimi Viri, D. Matthiæ Moroni.

Ægritudinum peragrans Dædaléos tramites,
Ac probè videns earum complicatas indoles,
Id tibi ſumpſti laboris, texeres ut hoc Opus
Mente ſolerti MORONE, *quo minùs Machaones*
Fallerentur juniores practicis in caſibus.
Quo quidem cepto minorem non mereris gratiam,
Quàm meretur ſidus Vrſæ nanticos curſus regens,
Quòdque propter munus iſtud tam pium nunquam occidit.
Sic licèt MORONE *nuper te occidiſſe fama ſit,*
Vivis, ac perenne cum Dîs ducis ævum maximis:
Præmium nactus laboris omnium dulciſſimum.

Gratæ memoriæ ergò ponebat.

C. S. L.

INDEX

INDEX AUCTORUM ET LIBRORUM.

è quibus præſens opuſculum eſt confectum.

Paulus Ægineta de re Medica Baſileæ.1551.in fol.

Aetij Amideni Libri Baſiliæ 1542.in fol.

Albertus Magnus de quibuſdam affectibus cauſatis à quibuſdam animalibus. Lugdun.1566. in 24.

Albucaſæ, Arabis Methodus medendi. Baſileæ.1541.in fol.

Proſperi Alpini de Medicina Ægyptiorum. Venet.1591.in 4.

Donati Antonij ab Altomari Opera. Venetiis. 1574.in 4.

Antonij Alvarez Epiſtolæ impreſſæ Neapoli.1585.

Amati Luſitani Centuriæ. Venetiis 1557.in 8.

Caſparus Amthor Chryſoſcopion. Jenæ 1632.in 4.

Ioannis Guintherius Andernacus vid. Lit. G.

Petri de Apono Supplementum in Meſuem, Extat cum Operibus Meſuæ.

Hieronymi Fabritij ab Aquapendente Opera Chirurgica. Francofurt.1620.in 8.

Aretæus, Cappadox de Acutorum & diuturnorum morborum cauſis & ſignis. Pariſiis.1554. in 16.

Henningi Arniſæi Obſervationes Anatomicæ. Francofurt.1641.in 12.

Joſephi de Aromatariis Diſputatio de Rabie contagioſa. Venetiis.1625.in 4.

Horatij Augenij Epiſtolæ & Conſultationes. Francofurt.1597. in fol.

D. Auguſtinus de civitate Dei.

Guilielmi Ballonij Conſilia Medicinalia. tom.2. Pariſiis 1635.& 1636.in 4.

Ejuſdem Epidemiorum & Ephemeridum libri duo. Pariſiis 1640.in 4.

De Virginum & Mulierum morbis liber. Pariſiis.1643.in 4.

Thomas Bartholinus de Aneuriſmate. Lugduni 1641. in 4.

Ejuſdem Hiſtoriarum Anatomicarum & Medicarum rariorum Centuriæ VI. Haſniæ 1654.1657.&1661.in 8.

Ciſta Medica Haſnienſis. Haſniæ.1662 in 8.

De Nivis uſu Medico Obſervationes variæ. Haſniæ.1661.in 8.

Eraſmi Bartholini de Figura Nivis diſſertatio. Haſniæ 1661.in 8.

Fabritij Bartholetti in dyſpnœam methodus. Bononiæ 1633.in 4.

Ioannis Baverij Conſilia. Argentinæ 1593.in 4.

Caſpar Bauhinus de Hermaphroditis. Francofurt.1604.in 4.

Ioannis Bauhinus de fonte & balneo Bollenſi. Montisbeligardi 1594.in 4.

Danielis Beckeri Obſervatio & curatio Cultrivori Pruſſiaci. Lugd.Bat 1640.in 8.

Alexandri Benedicti Obſervationes extant cum Dodonæi obſervationib9 Colon.1581.in 8.

Iulij Cæſaris Benedicti à Guelfalione Aquilani Cõſultationes Medicinales. Venetiis.1659.in 4.

Ejuſdem De Pleuritide. Romæ 1644.in 8.

Antonius Benivenius de abditis morborum cauſis. Baſileæ 1529.in 8.

Hugonis

INDEX AUCTORUM

Hugonis Bentij Senenſis Conſilia. Venetijs 1518. in fol.

Antonij Guntheri Billichij Obſervationum & Paradoxorum Chimiatricorum libri duo. Lugd. Bat. 1632. in 4.

Iacobus Bontius de Medicina Indorum. Lugd. Bat. 1642. in 12.

Arnoldi Bootij Obſervationes Medicæ de affectibus omiſſis. Londin. 1649. in 12.

Petri Borelli Hiſtoriarum & Obſervationum Medico-phyſicarum Centuriæ IV. Pariſiis 1657. in 8.

Lovyſe Bourgeois Obſtetricum liber Germ. Francofurt. 1626. in 4.

Ioannis Philippi Brendelij Conſilia Medicinalia collecta. Francofurt. 1615. in 4.

Balthaſaris Bruneri Conſilia. Halæ Saxonum 1617. in 4.

Ioannis Erneſti Burggravij de morbo Ungarico. Francofurt. 1627. in 4.

Ejuſdem Achilles πάνοπλος redivivus. Amſtelodami 1612. in 8.

Thomæ Byetij Obſervationes in aquas Spadanas. Leodij 1592. in 8.

Bartholomæi Cabrolij Obſervationes cum Collegio Anatomico opera Ioannis Georgij Volckameri collecto & edito Hanoviæ 1654. in 4.

Caſparis Caldaræ de Heredia Tribunal Medicum, Magicum, Politicum. Lugd. Bat. 1658. in fol.

Ioannis Radolphi Camerarij Sylloges Memorabilium Medicinæ & Mirabilium Naturæ Arcanorum. Argentinæ. 1653. in 12,

Thomæ Companellæ Medicinalium libri. Lugdun. 1635. in 4.

Hieronymi Capivaccij Opera. Francofurti 1603. in fol.

Iacobi Carantæ Decadum Medico-Phyſicarum libri duo. I. de natura auri artefacti, & num ſit pharmacum cordiale. II. de Morſu Canis rabidi. Saviliani 1623. in 4.

Hieronymi Cardani Conſilia. in fol.

Ejuſdem de methodo medendi. Pariſiis. 1565. in 8.

de rerum varietate. Baſileæ 1581. in 8.

In Aphoriſmos Hippocratis Commentaria. Baſil. 1564. in fol.

Petri Caſtelli Epiſtolæ Medicinales. Romæ 1626. in 4.

Petri Vaſci Caſtelli Exercitationes Medicinales. Toloſæ 1616. in 4.

Rodericus à Caſtro de Univerſa mulierum medicina. Hamburg. 1604. in fol.

Stephanus Rodericus Caſtrenſis de natura muliebri Hanov. 1654. in 4.

Prothus Caſulanus de Lingua. Coloniæ 1626. in 8.

Iſaaci Cattieri Obſervationes Medicinales Borello communicatæ. Pariſiis 1656. in 8.

Antonij Cermiſonij Conſilia. Venetiis 1603. in fol.

Gualtheri Charleton Exercitationes Phyſico-Anatomicæ Amſtelodami 1659. in 12.

Ejuſdem Spiritus Gorgonicus. Lugdun. Bat. 1650. in 8.

Ioannis Chicotij Epiſtolæ & Diſſertationes. Pariſiis. 1656. in 4.

Ioannis Chifletij Obſervetiones. Pariſiis. 1612 in 8.

Iulij Cæſaris Claudini Conſultationes & reſponſiones. Venetiis 1617. in fol. & Francofurt. 1607. in 8.

Balduinus Clodius de Peſte. Oppenheim 1620. in 4. Germ.

Augerij Clutij Opuſcula duo. 1. de Nuce Medica. 2. de Hemerobio. Amſtelod. 1634. in 4.

Tobiæ Coberi Obſervationum Caſtrenſium & Ungaricarum Decades tres. Francof. 1606. in 8.

Ioannis Colle Coſmitor Mediceus. Venetiis 1621. in fol.

Realdus Columbus de re Anatomica. Lutetiæ 1572. in 8.

Ioannes Combachius de philtris. Hamburg. 1609. in 4.

Hermannus Conringius de Calido innato. Helmæſtadij 1647. in 4.

Euricius Cordus de Abuſu Uroſcopiæ. Francofurt. 1546. in 8.

Mauritij Cordæi, Hippocratis libellus περὶ παρθενιῶν. Pariſiis 1574. in 8.

Marci Cornachini Methodus. Francofurt. 1628. in 8.

Diomedis Cornarij Conſilia. Lipſiæ 1595. in 4.

Matthiæ Cornacis Hiſtoria quinquennis fere geſtationis in utero. Viennæ 1550. in 4.

Sebaſtiani Cortilionis Chirurgica inſtitutio. Francofurt. 1610. in 8.

Ioannis Coſtæi Miſcellanearum diſſertationum decas. Patavij 1658. in 12.

Franciſci Courcellij de vera mittendi Sanguinis ratione in hæmatothraſcas liber. Francofurt. 1593. in 8.

Ioannis Cratonis à Craffthein Conſilia & Epiſtolæ. Francofurt. 1610. in fol.

Vincentius Alſarius Cruccius de quæſitis per Epiſtolas. Venetiis 1627. in fol.

Iulij Delphini Conſilium de Aquis Aquenſibus. Venetiis.

Alexandri Deodati Valetudinarium. Lugdun. Batav. 1660. in 12.

Claudij Deodati Pantheon Hygiaſticum Hippocratico-Hermeticum. Bruntruti 1629. in 4.

Bernhardij Deſſenij Cronenburgij Defenſio medicinæ veteris & rationalis. Colon 1573. in 4.

Antonius Deuſingius de Fœtu Muſſipontano. Vid. *Laurentius Strauſius.*

Helvici Dieterici Reſponſa Medica de Acidulis Schvvalbacenſibus. Francofurt. 1631. in 4.

Illuſtriſſimi *Kenelmi Comitis Digbæi* Demonſtratio immortalitatis animæ rationalis. Pariſiis 1655. in fol.

Ejuſdem ſympathia extat in Theatro ſympathetico.

Remberti Dodonæi Obſervationes. Hardervici 1621. & Colon. 1581. in 8.

Marcelli Donati de Medica hiſtoria mirabili libri 6. Venetiis 1588. in 4. Francofurt. 1613. in 8. Editio hæc à *Gregorio Horſtio* notis eſt illuſtrata & integro recentiorum Obſervationum libro ſeptimo completa.

Ioannis Dravvitzi de *S*corbuto. Lipſiæ 1647. in 8. Germ.

Thomæ Eraſti Conſultationes & Epiſtolæ. Francofurt. 1590. in fol.

Severinus Eugelinus de Scorbuto. Jenæ 1624. in 8.

Ioannes Faber Bambergenſis in *Nardi Antonij Recchi* rerum medicarum Novæ Hiſpaniæ theſauro. Romæ 1648. in fol.

Benedictus Victorius Faventinus Vid. *Litt. V.*

Epiphanij Ferdinandi Hiſtoriæ Medicinales. Venetiis 1621. in fol.

Ioannis Fernelij Opera Francofurt. 1593. in fol.

Ejuſdem Conſilia. Pariſiis 1582. in 8.

Alphonſi Ferrei de Ligno Sancto. Baſileæ. 1538. in 8.

Roberti Fevini de abuſu Medicinæ coercendo. Pariſiis 1574. in 8.

Iacobus Fincelius.

Franciſcus Fogerolæus de ſenum affectibus. Lugduni 1617. in 4.

Roderici à Fonſeca Conſilia. Venetiis 1619. in fol.

Lelij à Fonte Conſultationes. Venetiis & Francofurt. 1609. in fol.

Nicolai Fantani Conſultationes & Exempla. Amſtelod. 1641. in 4.

Ejuſdem Obſervationum rariorum analecta. Ibidem.

Reſponſionum & Curationum liber. Ibidem in 12.

Florilegium Medicum. Ibid. 1637. in 12.

Ioannis Alphonſi à Fontecha Medicorum incipientium Medicina. Compluti. 1598. in 4.

Petri Foreſti Obſervationum & curationum tomi ſex. Francofurt. 1611. in fol.

Ejuſdem de incerto Vrinarium judicio liber extat tomo 5.

Nicolai Abrahami Frambeſarij Conſultationes. Francofurt. 1629. in 4.

Ioannis Freitagij de Opij Natura. Grôning. 1632. in 8.

Ioannis Henrici Freytag Catalogi teſtiũ veritatis Chymiatricæ prodromus. Quedlinburg. 1636. in 8.

Wolfgangi Gabelchoveri Curationum & Obſervationum Medicinalium Centuriæ ſex. Tubingæ 1611. & 1627. in 8.

Claudij Galeni Opera Venetiis. 1597. in fol.

Franciſci Gallinæ Tractatus de Aquis Valderianis. in 4.

Henricij Garetij de arthritidis præſervatione & curatione Conſilia. Francofurt. 1592. in 8.

Malachias Geiger de Hernia. Monachij 1631. in 8.

Ioannis Iacobi Genathij Decades Diſputationum. Baſileæ 1621. in 4.

Antonius Gendre de Febre Epidemica. Lugdun. 1626. in 8.

Matthiæ Ludovici Glandorp. Gazophylacium polyplusium fonticulorum & Setonum reſeratum. Bremæ 1632. in 4.

Ejuſdem Speculum Chirurgorum. *Ibidem* 1619. in 8.

Methodus medendi Paronychiæ cum Decade Obſervationum. Ibidem 1623. in 8.

Ioannis Matthæi de Gradi Conſilia. Venetiis 1514. in fol.

Ejuſdem

Ejuſdem Practica. Lugdun. 1527. in 4.

Georgij Graſeccij Scatebra Petrina. Argentin. 1607. in 8.

Franciſci Oſvvaldi Grembs Arbor integra & ruinoſa hominis. Francofurt. 1657. in 4.

Horatij Guarganti Reſponſa varia. Venetiis 1613. in 4.

Chriſtophori Guarinonij Conſilia Venetiis 1620 in fol.

Ioannes Guintherius Andernacus de Medicina veteri & nova tum cognoſcenda, tum facienda. Baſileæ 1571. in fol.

Ejuſdem Commentarius de aquis medicatis & balneis. Argentorati 1565. in 8.

Guilielmus Harvejus de Generatione in 12.

Henrici ab Heer Obſervationes Medicæ. Leodij 1631. in 8.

Helmaſtadienſis Academia Programma de Corde ex ſola pinguedine conſtante 1657. editum. in 4.

Joannis Matthæi Heſſi Conſilia Francofurt. 1608. in 8.

Ejuſdem Diſcurſus Medicinales de Febri peſtilentiali. Francof. 1603. in 8.

Joannes Heurnius de morbis Oculorum, Aurium, Naſi, Dentium & Oris. Lugd. Bat. 1608. in 4.

Ejuſdem de morbis pectoris. Ibid. 1608. in 4.

de morbis ventriculi. Ibid. 1608. in 4.

de graviſſimis morbis mulierum. Ibid. 1607. in 4.

Ottonis Heurnij Hiſtoriæ & Obſervationes extant cum *Ioannis Fernelij* Operibus Trajecti ad Rhenum. 1656. in 4.

Guilielmi Fabritij Hildani Opera omnia. Francofurti 1656. in fol.

Ejuſdem Centuriæ. Lugdun. 1641. in 4.

Franciſci Hildeſheim de Cerebri & Capitis morbis internis *Spicilegia*. Francof. 1612. in 8.

Philippi Hœchſtetteri Decadum pars prima. Auguſt. Vindel. 1624. in 8.

Ejuſdem pars ſecunda. Ibid. 1627. in 8.

Wolfgangi Hœferi Hercules Medicus. Viennæ. 1657. in 4.

Caſpar Hoffmannus de uſu lienis. Lugd. Bat. 1639. in 12.

Ejuſdem de Humoribus. MSC. extat in inſtructiſſima Bibliotheca Viri illuſtris Guidonis Patini Doctoris Medici Pariſienſis & Profeſſoris Regij.

Hugo Senenſis. Vid. *litt.* B.

Iacobi Hollerij de morbis internis. Francofurt. 1603. in 12.

Ioannis von Horne Novus ductus chyliferus. Lugd. Bat. 1652. in 4.

Ludovicus von Horneck de thermis Wisbadenſibus. Francof. in 8.

Ioannis Hornungi Ciſta Medica. Noribergæ 1625. in 4.

Gregorij Horſtij Obſervationes & Epiſtolæ. Ulmæ 1628. in 4.

Ejuſdem Centuria Problematam Medicorum θεραπευτικῶν Witteberg. 1636. in 4.

Decas Pharmaceuticarum Exercitationum. Gieſſæ 1611. in 8.

de Natura amoris. Marpurgi 1642. in 4.

Jacobus Horſtius de dente aureo. Lipſ. 1595. in 8.

Ioannis Danielis Hörſtij Decas Obſervationum & Epiſtolarum Anatomicarum. Francof. 1656. in 4.

Leonhardi Iacchini Commentaria in nonum librum Raſis Arabis de partium morbis. Lugduni 1622. in Germ.

Jacobi Theodori Tabernæmontani Theſaurus aquarum. Germ. Francof. 1584. in 8.

Ioannis Ieſſenij à Ieſſen Hiſtorica relatio de ruſtico Bohemo Cultrivorace. Hamburgi 1628. in 8.

Joannes Ingolſtetterus de aureo dente. Lipſiæ. 1596. in 8.

Joannes Ionſtoni Thaumatographia naturalis in claſſes decem diviſa. Amſtelodam. 1661. in 12.

Hieronymus Iordanus de eo quod divinum aut ſupernaturale eſt in morbis humani corporis, ejuſque curatione. Francofurt. 1651. in 4.

Thomæ Iordani Peſtis Phœnomena. Francofurt. 1576. in 8.

Ejuſdem Conſilia extant eo in opere quod *Laurentius Scholzius* edidit.

Laurentij Iouberti Opera. Francofurt. 1599. in fol.

Ioannis Kentmanni Nomenclaturæ rerum foſſilium: & Calculorum, qui in corpore ac membris hominum innaſcuntur, genera. Extant Opere Conradi Geſneri de foſſilibus. Tiguri. 1565. in 8.

Ludovici Kepleri Febris Epidemia Regiomontana Anni 1649. Studioſis tantum ab initio, commune Convictorium intrantibus exitialis mox & extraneis moleſta, contagio quoque Civibus utriuſque ſexus pernitioſa. Elbingæ 1650. in 4.

Ioannis Langij Epiſtolæ. Hannoviæ. 1605. in 8.

Andreæ Laurentij Conſilia extant in ejuſdem Opere tomo altero. Francofurt. 1621. in fol.

L vinus Lemnius de occultis naturæ miraculis. Francofurt. 1593. in 12.

Ejuſdem de habitu & conſtitutione. Francof. 1619. in 12.

Andreæ Libavij ſingularia Naturæ. Francofurt. 1599. in 8.

Duncanus Liddelius de aureo dente. Hamburg. 1628. in 8.

Ioannis Antonii von der Linden de Monſtroſis vermibus Obſervatio rara, extat in Adriani Spigelij Operibus. Amſtelodami 1645. in fol. 219.

T. Livius.

Iodoci Lommij Medicinalium Obſervationum libri tres. Francof. 1643. in 8.

Ioannis Petri Lottichij Obſervationes. Ulmæ ſvevorum. 1644. in .

Ioannes Chryſoſtomus Magnenus de Tabaco. Ticini 1648. in 4.

Ejuſdem de Manna 1658. in 12.

Ioannis Manardi Epiſtolæ Medicinales. Venetiis in 4.

Ioannis Manlij libellus Medicus variorum experimentorum extat cum ejuſdem collectaneis Locorum communium. 1579. in 8.

Petri de Marchettis Anatomia. Patavij in 4.

Matthæus Martini de Scorbuto extat cum Danielis Sennerti de Scorbuto VVitteberg. 162[illegible]. in 8.

Valerij

Valerij Martini Opuſcula. Venetiis 1636. in 4.

Ejuſdem Enchiridion. de Febribus. Ibid. 1636. in 4.

Nicolai Maſſæ Epiſtolæ. Venetiis 1558. in 4.

Alexandri Maſſariæ reſponſa & Conſultationes Medicinales. Venetiis 1613. in fol.

Ejuſdem de abuſu medicamentorum veſicantium & theriacæ in febribus peſtilentibus. Patavij 1591. in 4.

Petri Andreæ Matthioli Epiſtolæ medicinales. Venetiis in 8.

Ioannis Henrici Meibonij de flagrorum uſu in re Venerea & lumborum renumque officio. Lugd. Bat. 1643. in 4.

Ludovici Mercati Conſultationes. Francofurt. 1614. in fol.

Hieronymi Mercuriales Conſultationes & reſponſa Medica. Venetiis. 1624. in fol.

Ejuſdem Variæ lectiones. Venet. 1601. in 4.

Antonij Merindoli Ars Medica. Aquis-ſextiis 1633. in fol.

Ioannis Merleti Opuſcula Medica duo: quorum unum eſt de Cauteriis: alterum eſt paradoxum de tuſſi. Pariſiis 1659. in 12.

Ioannis Thomæ Minadoi de humani Corporis turpitudinibus cognoſcendis & curandis. Patavij. 1600. in fol.

Raymundi Mindereri Threnodia Medica. Auguſtæ Vind. 1619. in 8.

Ejuſdem Aloedarium Maroçoſtinum. Ibid. 1616. in 8.

de Peſtilentia. Ibid. 1619. in 8.

Antonij Mizaldi Memorabilia. Francofurt. 1589. in 16.

Cæſaris Mocchæ Conſilia. Taurin. 1620. in 4.

Euricius Mohy Vid. *Theatrum Sympatheticum.*

Valentinus Andreas Möllenbroicus de Varis, ſeu Arthritide vaga Scorbutica. Lipſia 1663. in 8.

Philippi Montalto Optica. Florentiæ 1606. in 4.

Bartholomæi Montagnanæ Conſilia Venetiis 1497 & Francofurt. 1604. in fol.

Ioannis Baptiſtæ Montani Conſultationes. Baſileæ 1583. in fol.

Aloiſij Mundellæ Epiſtolæ Medicinales. Baſileæ 1543. in 4.

Ejuſdem Quæſtio utrum in Lienis affectibus ſecanda ſit vena quæ eſt ad annularem digitum ſiniſtræ manus. Patavij 1567. in 8.

Nicolai Nancelli Trachyeni Analogia Microcoſmi ad Macrocoſmum. Pariſiis 1611. in f.

Gabrielis Laudæi πένλας Quæſtionum Jatrophilologicarum. Genevæ 1647. in 8.

Ioannis Neandri Tabacologia. Lugd. Bat. 1622. in 4.

Ioannis Euſebij Nierembergij Hiſtoria Naturæ Antvverp. 1635. in fol.

Ludovicus Nonnius de re cibaria. Antvverp. 1646. in 4.

Gregorij Nymmani diſſertatio de fœtus Vita in utero. Lugd. Bat. 1644. in 12.

Ioannis Oberndorfferi Apologia Chymico-Medica Practica. Amberg. 1610. in 10.

Adolphi Occonis Concluſiones XXXI. de Peſte. Auguſtæ Vind. 1573.

Petri Pachequi Obſervationes extant cum *Lazari Riverij* Obſervationibus 1646.

INDEX AUCTORUM

Victoris Pallu, Tyronenſis Stadium Medicum. Pariſiis 1630. in 8.

Dominici Panoroli Iatrologiſmorum ſeu medicinalium Obſervationum Pentecoſtæ quinque. Hanoviæ 1654. in 4.

Nicolaus Papinius. Vid. *Theatrum Sympatethicum.*

Ambroſij Paræi Opera. Francofurt. 1610. in fol.

Bartholomæus Paſchettus de Deſtillatione, Catarrho vulgo dicta Venetiis 1615. in 4.

Simonis Paulli Digreſſio de vera, unica & proxima cauſſa Febrium &c. Francof. 1660. in 4.

Petri Pavvij Obſervationes Anatomicæ. Hafniæ. 1657. in 8.

Bernhardi G. Penoti Apologia. Francofurt. 1600. in 8.

Petri Pigræi Epitome præceptorum medicinæ Chirurgicæ. Pariſiis. 1612. in 8.

Severini Pinæi Opuſculum Phyſiologicum Anatomicum. Lugd. Bat. 1650. in 12.

Caroli Piſonis Selectiores Obſervationes & Conſilia. Lugd. Bat. 1650 in 8.

Felicis Plateri Obſervationes. Baſileæ. 1614. in 8.

Franciſci Plazzoni de partibus generationi inſervientibus. Lugd. Bat. 1644. in 12.

Vopiſci Fortunati Plempij Ophthalmographia. Amſterod. 1632. in 4.

Antonius Ponce. Vid. *Litt. S.*

Ioannis Poſthij Obſervationes Anatomicæ extant in Realdi Columbi Anatomia.

Petri Poterij Curationum & Obſervationum Centuriæ. Bononiæ. 1643. in 4.

Zaccharia à Puteo Clavis Medica. Venetiis 1612. in 4.

Ioſephi Quercetani Conſilia Lipſiæ 1613. in 8.

Pauli Renealmi ex curationibus obſervationes. Pariſiis 1606. in 8.

Hieronymi Reuſneri Epiſtolæ. Francofurt. 1600. in 8.

Albubetri Rhazis de Peſtilentia. Baſiliæ 1529. in 8.

Cœli Rhodij Lectiones Antiquitatum. Genev. in 4.

Ioannis Rhodij Obſervationes Medicinales. Patav. 1657. in 8.

Ioannis Riolani Enchiridium Anatomicum & Pathologicum. Pariſiis. 1658. in 8.

Lazari Riverij Obſervationes & Curationes. Londini 1646. in 8. quibus acceſſerunt obſervationes ab aliis communicatæ.

Guerneri Rolfinck Diſſertationes Anatomice. Noriberg. 1656. in 4.

Guilielmus Rondeletius de Hydrope & de Elephantiaſi extant cum *Mathiæ de l'Obel.* Adverſariorum altera parte. Londin. 1605. in fol.

Ejuſdem Methodus curandorum morborum corporis humani Francof. 1592. in 8.

Balduini Ronſſei Epiſtolæ. Lugd. Bat. 1619. in 8.

Ejuſdem de Scorbuto libellus. Witteberg. 1624. in 8.

Petrus Roſtinus de morbo Gallico. in 8.

Franciſci Rouſſeti ὑστεροτομοτοκία, ſeu de partu Cæſareo Francofurt. 1601. in 8.

Franciſci Rubei Nocturnæ exercitationes in Medicas Hiſtorias. Hamburg. 1660. in 8.

Iacobi Rueff de conceptu & generatione hominis. Francofurt. 1587. in 8.

Ejuſdem de Tumoribus. Tiguri 1556.

Martinus Rulandus de dente aureo. Francofurt. 1595. in 4.

Ejuſdem

Ejuſdem Curationes Empiricæ. Baſileæ. 1628. in 8.
Alexicacus chymiatricus. Francofurt. 1611. in 4.
Petrus Salius de affectionibus particularibus. Bononiæ 1584. in 4.
Claudius Salmaſius de Calculo. Lugd. Bat. 1640. in 8.
Philippi Salmuthi Obſervationes Medicæ. Brunſvigæ. 1648. in 4.
Alphonſi de Sancta cruce Dignotio & cura affectum melancholicorum. Matriti 1622. in fol.
Antonij Ponce Santacruz Opuſcula Medica. Matriti 1624. in fol.
Hercules Saxonia de pulſibus. Francofurt. 1604. in fol.
Ejuſdem Practica. Ibidem. 1610. in fol.
Iulius Cæſar Scaliger de Subtilitate. Francofurt. 1612. in 8.
Ioannis Schenckij Obſervationes Medicæ. Lugdun. 1644. & Francofurt. 1609. in fol.
Balthaſaris Schultzij de curanda valetudine. Wittebergæ. 1606. in 12.
Bernhardi Schulteti Conſulta eorum, quæ in curandis morbis tacita deprehendimus. Colon. Agripp. 1651. in fol.
Ioannis Sculteti, Vlmenſis χειροπλοθήκη. Ulmæ 1655. in fol.
Ioannis Sculteti, Noribergenſis Trichiaſis admiranda. Noribergæ. 1659 in 12.
Melchior Sebizius de Acidulis. Argentor. 1627. in 8.
Danielis Sennerti Opera. Pariſiis 1641. in fol.
Ludovici Septalij Animadverſiones & Cautiones Medicæ cum *Ioannis Rhodij* Analectis & Notis Patavij 1652. in 8.
Petri Severini Opuſcula. Erfurti. 1616. in 8.
Marci Aurelij Severini de Efficaci Medicina. Francofurt. 1646. in fol.
Ejuſdem de Vipera Pythia. Patavij. 1650. in 4.
Zootomia. Democritæa. Noribergæ 1645. in 4.
de Recondita abſceſſuum natura libri VIII.
1. de abſceſſu critico, cum conſultatione ſingulari
2. de abſceſſibus per congeſtum
3. de abſceſſibus anomalis
4. de noviſſime obſervatis abſceſſibus.
5. de Pædarthrocace, abſceſſu puerorum proprio.
6. de gibbis, valgis, varis, & aliis ab interna vi varie luxatis.
7. de epinyctidibus, roſeolis ſaltantibus & pernionibus
8 de παιδαγχόνῃ λοιμώδει. Francofurt. 1643. in 4.
Ioannis Baptiſta Silvatici de Aneuriſmate tractatio. Vincentiæ 1595. in 4.
Ejuſdem Controverſiæ Medicæ. Mediolani 1601. in fol.
de compoſitione & uſu Theriacæ. Heidelberg. 1597. in 8.
Ioannis Benedicti Sinibaldi Geneanthropeiæ de cateuchon. Romæ 1642. in fol.
Henricij Smetij Miſcellanea Medica Francofurt. 1611. in 8.
Reineri Solenandri Conſilia. Hanoviæ 1609. in fol.
Adrianus Spigelius de humani corporis fabrica. Francofurt. 1632. in 4.
Ejuſdem de formato fœtu. Ibid. 1631. in 4.
Ioannis Stephani Opera univerſa. Venetiis 1653. in fol.
Laurentij Strauſſij Reſolutio Caſus Muſſipontoni Fætus extra uterum in abdomine retenti cum annexis judiciis celeberrimorum virorum Illuſtriſſimi Domini *Kenelmi Comitis Digbai, Guidonis Patini, Ioan Henrici Pentz à Pentſenau Hermanni Conringij, Thomæ Bartholini, Ioannis Caſpari Fauſij, Melchioris Sebizij Ioannis Martini Weibelij, Caroli Sponij, Ioan Georgij Volckameri, Chriſtophori Nicolai Mauritij Hofman, Io Guntheri Riemſchneideri, Io Michaëlis Fehr, Georgij Segeri, Ioannis Friderici Bilgeri, VVilhelmi Lorbach, Io. Andreæ Grabæ, Antonij Deuſingij, Io. Chriſtophori Eiſenmengeri, Io. Danielis Horſtij* Darmbſtadij 1662 in 4.

INDEX AUCTORUM ET LIBRORUM.

Benedicti Sylvatici Conſilia & Reſponſa Medicinalia 1656. & Genev. 1661. in fol.

Ioannis Talentonii Variarum & reconditarum rerum theſaurus Francoſ. 1605. in 8.

Tobiæ Tandleri Diſſertationes Phyſicæ, Medicæ. Leucoreis Athenis. 1613. in 8.

Valeſci de Taranta Medicinalium Obſervationum exempla rarà extant cum Dodonæ Obſervationibus. Coloniæ 1581. in 8.

Andreas Tentzelius de Peſte Erfurt. 1627. in 4.

Theatrum Sympatheticum, Digbæi, Papini, Helmontii aliorumque recentiorum ſcriptorum prolata exhibens. Noribergæ 1660. in 12. & 1662 in 4.

Ioannis Baptiſtæ Theodoſii Medicinales Epiſtolæ. Baſileæ. 1553. in 8.

Auguſtini Thoneri Obſervationes Medicinales. Ulmæ. 1649. in 4.

Bartholomæi Thurriani περὶ βυλιατρείας ſive de Medica conſultatione libri quatuor. Francoſ. 1606 in 8.

Iacobus Auguſtus Thevamus in fol.

Zoroaſtri Tinelli Medicæ Conſultationes. Senis 1605 in 4.

Victoris Trincavellii Conſilia & Epiſtolæ. Venetiis. Francofurt. 1587 in fol.

Nicolai Tulpii Obſervationum Medicarum libri quatuor. Amſtelodam. 1641 in 8.

Valerius Maximus.

Franciſci Valleriolæ Obſervationes & Enarrationes Medicinales. Lugdun. 1605. in fol.

Antonii Mariæ Venuſti Conſilia Medica. Francofurt. 1605. in fol.

Chriſtophorus à Vega, de arte medendi. Lugd. 1565.

Lambertus Velthuſius de Liene & Generatione Trajecti ad Rhenum 1657. in 12.

Franciſci Baconis de Verulamio Opera. Londin. 1623. in fol.

Andreæ Veſalii Anatomicarum *Gabrielis Fallopii* Obſervationum Examen Hanov. 1609. in 8.

Eiuſdem de Fabrica corporis humani Baſileæ. 1543. in fol.

Vgo Bentius Senenſis. Vid. *Litt. B.*

Angeli Victorii Conſultationes Medicæ. Romæ 1640. in fol.

Benedicti Victorii Faventini Medicinalia Conſilia. Venetiis. 1566. in 8.

Vidus Vidius de curatione generatim. Florentiæ. 1587. in 4.

Ioannis VVittichii Conſilia, Obſervationes & Epiſtolæ Medicæ. Lipſiæ. 1604. in 4.

Marci Antonii Vlmi Phyſiologia barbæ humanæ. Venetiis 1604. in fol.

Thomæ VVhartoni Adenographia. Amſtelodam. 1659. in 12.

Philippus VVeberus de thermis VViſbadenſibus. Oppenheim 1617. in 4.

Martinus VVeinrichius de Monſtris. Uratiſlaviæ 1595. in 8.

Ioannis Iacobi VVepferi Hiſtoriæ & Exercitationes Anatomicæ ex cadaveribus eorum quos ſuſtulit Apoplexia. Schafthuſij 1658. in 8.

Ioannis VVieri Opera omnia. Amſtelodami 1660. in 4.

Thomæ VVillis Diatribæ duæ Medico-Philoſophicæ, 1. de fermentione, 2. de febribus. Londini 1662. in 8.

Ioannis VVolffii Lectiones memorabiles. Lauingæ in fol.

Ioannes VVolffius Haſſiacus de Acidulis VVildungenſibus. Marpurg. 1580 in 4.

Zacutus Luſitanus de Medicorum principum hiſtoria. Lugdun. 1643. in fol.

Pauli Zacchiæ Quæſtiones Medico legales. Romæ 1621. in 4.

Ioannis Zecchii Conſultationes. Venetiis 1617. in 4.

Marius Zuccarus in Epidemiales Hippocratis Obſervationes. Venetiis 1621. in 4.

Theodori Zuingeri Theatrum vitæ humanæ. Baſileæ. 1604. in fol.

DIRECTORIUM MEDICO-PRACTICUM SIVE,

INDICES DUO PRÆTER-NATURALIUM Affectuum cùm ſimplicium, tùm complicatorum.

ABDOMEN.

DE Abdominis apertione. *Zvinger. Theatr. vit. hum. pag.* 521.

Veram & accuratam deſcriptionem ἐγχειρήσεως anatomicæ in humano cadavere peractæ, in quo partes omnes internæ Abdominis atque Thoracis tranſpoſitæ erant, continet *Catherius. Obſ* 17.

De Abdominis inflatione cum torminibus. *Thoner. l.* 3. *obſ.* 13. *p.* 163.

De Abdominis abſceſſu. *River. c.* 1. *obſ.* 92. *& p.* 426. *Zuing. Th. v. h. p.* 352.

De Abdominis tumore. *Angel. Victor. Conſult.* 55. *p.* 171. *Rhodius. C.* 2. *obſ.* 98.

De Abdominis tumore & ſuppreſſione menſium cum alijs ſymptomatibus & hydrope. *Ballon. Epid. p.* 264.

De eodem & ſtatuum motu cum falſa imprægnatione. *Otto Heurnius hiſt.* 24.

De Tumoribus & ſcirrhis glandularum Abdominis, cum alijs ſymptomatibus. *Trincavell. lib.* 3. *conſil.* 107. *fol.* 303.

De Abdominis tumore præter naturam. *Ballon. lib.* 2. *conſ.* 7. *f.* 206. *Poterius cent.* 1. *curat.* 4. *Idem cent.* 1. *curat.* 51. *fol.* 45. *Zecchius conſ.* 48. *fol.* 243.

De Vulnere Abdominis cum abſciſſione portionis hepatis. *Hildan. cent.* 2. *obſerv.* 34. *fol.* 186. *& obſer.* 38. *fol.* 198. Vide *Vulnus.*

De Carcinomatis in Abdomine ſectione. *Thom. Bartholin. cent.* 6. *hiſt. Anat.* 71.

Abdominis ſectio in Hydropicis quo in loco inſtituatur. *Hildan. cent.* 4. *obſerv.* 42. *fol.* 75. Vide *Hydrops.*

De Abdominis dolore. *Poterius cent.* 1. *curat.*

*curat.*4.*Idem cent.*3.*cur.*27.*fol.*28.*& cent.* 3.*cur.*29.*fol.*30.

de Abdominis dolore vel vulnere caſus rari. *Henric.ab Heer obſ.*25.

de Abdominis dolore tenſivo. *Riverius C.*2.*obſ.*17.

de duritiebus in Abdomine & ventre. *Ballon. Epid.p.*243.

de Inflammatione Muſculorum Abdominis. *Dodon.obſer.cap.*29.*f.*50.

de Abdominis convulſione. *Hechſteter. decad.* 5.*obſ.*1.*f.* 210. *Tulpius.obſer.lib.*3. *cap.*22.

de Abdominis vulnere. Vide *Vulnus.*

de eo quod oberrat in Abdomine mulierum. *Riolan. Encheir. Anat. & Path. p.*184.

Cur Abdomen potius ad partes interiores quàm laterales à phthiſi & macie extinctis concidat. *Camerar.Syll.mem. cent.*5.*part.*45.

Abortus. Vide *Partus.*

De Abortu ejuſque præcautione. *Angel. Victor. Conſult.* 74.*f.* 264. *Ben. Sylvat. cent.* 4. *conſ.*58. *Bourgois lib. obſtetr. obſ.* 26. *Cermiſon. conſ.*15. *fol.* 41. *Claudin. conſ.* 34. *fol.* 82. *& conſ.* 113. *fol.* 270. *Crato apud Scholtz. conſ.*352.*f.* 981. *Fontan. conſ.*16.*fol.*172. *Foreſt.lib.*28.*obſer.* 67.*f.*740. *Hildan. Oper.p.*900. *Matthæus de Gradi. conſ.*73.*f.* 66. *Mercurial. tom.*1.*conſ.* 10.*f.*29. *& conſ.* 101.*fol.*235.*& tom.* 2.*conſ.* 41.*f.*100. *Montagnan.conſ.* 208.*f.*228. *& ſeqq. Montan. conſ.*316.*fol.* 759. *Plater. lib.* 3. *obſer. fol.* 698. *River. cent.* 1. *obſer.*83. *Sever. Pinaus, op. Phyſiol. lib.* 2.*c.*2.*f.*112.*& c.*3.*f.*118. *&* 124. *Steph. decad.* 10. *conſ.*10. *Trincav. conſ.* 81.*fol.* 268. *& ſeqq. Vittichius conſ.* 56.*fol.*380. *& ſeqq. Zecchius conſ.* 85.*fol.*374. *& ſeqq. Zuinger. Th.vit. hum.fol.*271. *&* 357.

de Abortu ſimul & ſemel ex una muliere 22. infantium. *Ioan. Wolfius lect.memor. pag.*418. *ex Thoma Facello de Siculis.*

de Abortibus frequentibus. *Al. Deodat. Valetud.pag.*101.

de Abortu miro. *Borell.obſ.*98 *C.*2.

de eodem ſimulato. *Idem C.*4.*obſ.*79.

de frequenti Abortu Conſultatio. *C.Caldera Trib. Med.l.*3.*p.*251.

de Abortu revocatio. *Th.Bartol.Hiſt. Anat.* 57. *cent.*4.

de Abortu, infantium ſtigmata. *Salmuth. cent.*2.*obſ.*14. *Hildan. Oper.p.*900.

de gravida puella abortum ſtudente. *Heer. obſ.*14.*H.b.*

de Abortu unius menſis. *Ferdin. Epiphan. Hiſt. Med.*50.*fol.*150. *Mercurial.tom.*4. *conſ.*42.*fol.*92.

de Abortu octimeſtri. *Mercurial.tom.*2. *conſ.*41.*fol.* 100. *& tom.*4.*conſ.*37.*fol.*79. *& conſ.* 57. *fol.* 125. *Zoroaſt. Tinel.conſ.*26. *fol.*273.

pro præſervatione ab Abortu octimeſtri non eſſe mittendum ſanguinem. *Horat. Augen. tom.*2.*epiſt.lib.*8.*fol.*120

de Abortibus repetitis. *Al.Deodat.valetud pag.*321.

de Abortu quinti menſis poſt fluxum triduanum uteri cruentum. *Io.Dan.Horſt. obſ. Anat.*5.

de muliere quinto menſe ſemper abortivum faciente Phlebotomiâ præſervatâ. *Panarol.Pent.*1.*obſ.*10.

de præſervandis infantibus ſeptem aliàs derepentè antea extinctis. *Ben. Sylvat. cent.* 4. *conſ.* 60.*f.* 540.

Fœmina gravida per venæ ſectionem ab abortu præſervatur. *Grembs Arb. ruin.p.*234.

Filius Iudæi medicum factitans abortûs cauſâ, tum mortis exiſtens. *Foreſt. de incert. urin. Ind. lib. 2. cap. 3.*

Anatome fœtûs abortivi vi menſium, cujus motum mater mox poſt ſextam hebdomadam percepit, ſed à quarto geſtationis menſe non amplius. *Smetius Miſcell. fol.* 571.

Gravida videns infantulum cadentem, abortum facit. *Hildan. Oper. p.* 900.

de periodico Abortu. *Amatus centur. 6. curat.* 50. *Mercurial. tom.* 1. *conſ.* 57. *fol.* 124. *Zecchius conſ.* 94. *fol.* 405.

Abortus cum Symptomatibus.

De Abortu ex ictu bombardæ in Coxam. *Hildan. oper. p.* 900.

de Abortu cum ſymptomatibus. *Riverius C.* 1. *obſ.* 61.

de Abortus præcautione, & calculo Renum. *Solenander. conſ.* 16. *fol.* 66.

de Abortu, & ſterilitate. *Fonſec. tom.* 2. *conſil.* 71. *fol.* 209.

de præſervatione ab Abortu, & Mola. *Scholtz. conſil.* 356. *fol.* 995.

de Abortu cum Mola. *Th. Barthol. Hiſt. Anat.* 1. *cent.* 3.

Ad prohibendum Abortum, ac Molæ generationem; & de alijs affectionibus. *Ben. ſylvat. Conſ.* 54. *c.* 4. *p.* 540.

de ejuſdem affectibus. *Ibid. Conſ.* 55. *p.* 542.

de Abortibus frequentibus & mola, alijsque gravibus ſymptomatibus. *Ibid. Conſ.* 56. *p.* 542.

de Abortu cum diſtillatione in ventriculum, & pulmones, ac perpetuo albo fluore uteri. *Fontan. conſ.* 12. *fol.* 158.

de Abortu, & profluvio ſanguinis à Matrice. *Solenander. conſ.* 14. *fol.* 60. *Hildan. cent.* 3. *obſerv.* 59. *fol.* 443.

de Abortibus, muliebri profluvio, & parco lochiorum ac menſium fluxu. *Ben. Sylvat. conſ.* 57. *C.* 4. *p.* 544.

de ijsdem, muliebri profluvio, menſium ſuppreſſione, aliquot annorum infœcunditate. *Ibid. conſ.* 59. *p.* 547.

de Abortu propter conſtipationem alvi. *Hildan. cent* 6. *obſ.* 62. *fol.* 576.

de Abortu ex adipe viperino. *M. Aur. Severin. de viper. Pyth. p.* 11.

de Abortu ex viperæ tranſitu. *Ibid. p.* 12.

de eodem ex percuſſione. *Bourg. lib. obſtetr. obſ.* 31.

de eodem ex elevatione oneris. *Ibid. l.* 3. *c.* 5. *& cap.* 6.

de Abortu in melancholica fluore albo laborante. *Bourg. l.* 3. *c.* 3. *p.* 12.

de Abortu ex ictu bombardæ in coxam. *Hildan. cent.* 4. *obſ.* 59. *fol.* 103.

Abortus non ſemper ſequitur venæ ſectionem. *Zacut. de Princip. Medic. Hiſt. lib.* 3. *Hiſt.* 13. *fol.* 488.

Abortus non accidit ſemper à purgatione. *Zacut. ibid. Hiſt.* 14. *fol.* 499.

de varijs accidentibus poſt abortum. *Horſtius. part.* 2. *lib.* 1. *obſ.* 22.

de Abortu ex mala conformatione vaſorum umbilicalium. *Hildan. cent.* 2. *obſerv.* 50. *fol.* 210.

Ex copioſo vomitu à quartana diuturna quidam curatus. *Idem ibid.*

Ex febris Quartanæ fucata ceſſatione, ſcabies, iſchias, articulorum

dolor

dolor, imo arthritis. *Ballon. Epid. pag.* 60.

Quartana febris hydrargyri litu curata ex eventu ulcerum malignorum & telephia. *Ballon. Epid. p.* 130. *&* 158.

de Quartana & clade Gallica. *Idem ibidem pag.* 158.

Quartanarij anno 1571. phlebotomiis & medicamẽtis vexati omnes fere perierunt. *Idem ibid. p.* 182.

de quartana intermittente cum ſudore perpetuo. *Piſo obſ.* 183.

de febre quartana, intermittente, cum cœphalicis ſymptomatis. *Piſo obſ.* 171. 172. 173. 174.

de eadem cum efloreſcentiis in cute. *Idem obſ.* 177.

de eadem intermittente cum diarrhœa. *Idem obſ.* 178.

de eadem per expurgationem ſeri curata. *Idem obſ.* 179.

de quinquagenario è febre tertiana æſtiva in quartanam ſimplicem, ex hac rurſus in quartanam triplicem & hydropem degenerato. *Holler. obſ.* 20.

de febre quartana per abſceſſum à febre continua. *Ang. Victor. conſ.* 38. *pag.* 121.

de eadem intermittente cum vermibus. *Foreſt. l.* 7. *obſ.* 36. *p.* 233.

de quartana cum inſigni lienis & pedum tumore. *Stephan. decad.* 10. *conſ.* 7.

de eadem, hydrope, ſcirrho lienis, ſcorbuto, contractura, & impotentia membrorum ordine ſibi ſuccedentib⁹. *Jo. Freitag. de Opio. cap.* 8. *f.* 77.

Quartana poſt ſingulos paroxyſmos, totum corpus inflans, inflatione nulla tamen ante ſequentem paroxyſmum diſparente. *Smetius miſc. p.* 543.

Quartana in tertiam verſa poſt tres corporis purgationes paulò poſt evanuit. *Idem ibid. pag.* 534.

de eadem cum dolore capitis, & lienis affectu. *Ballon. tom.* 1. *conſ.* 29. *fol.* 72.

de eadem cum Hectica, Convulſionibus, Ventriculi Tumore, &c. *Potercent.* 1. *cur.* 3.

de eadem cum ſplenis duritie. *Montan. conſ.* 25. *& ſeq. f.* 1024.

de eadem cum Cachexia. *Montan. conſ.* 12. *fol.* 24.

de eadem cum Tumore Ventris, & ſiniſtri lateris. *Plater. lib.* 2. *f.* 285.

de eadem cum Hydrope *Montan. conſ.* 27 *folio* 1026. *Renealm. obſervat.* 29. *fol.* 18.

Quartana amuletis fugata, hydropem cum vomitu crebro, multis deliquijs, febreq; multiplici patiens. *Sm[illegible] miſc. pag.* 850.

de quartana febre cum atrocibus dolorib⁹ totius ventris. *Piſo obſ.* 84. 85.

de eadem cum Diarrhœa. *Fernel. conſ.* 41. *fol.* 81.

de eadem cum malignitate, Colica, & Vomitu. *Horſt. l.* 1. *obſ.* 12. *f.* 16.

de quartana ſimplici in duplicem mutata. *Idem obſ.* 13. *fol.* 19.

de eadem cum Arthritide. *Ballon. conſ.* 107. *fol.* 490.

de eadem cum gravib⁹ accidentibus. *Idem lib.* 2. *conſ.* 14. *fol.* 221.

de ejuſdẽ circa Ver Recidiva: ſuperveniẽte per Metaſtaſin paſſione colica. *Lot. l.* 1.

de febre Quartana continua. *Foreſt. lib.* 2. *obſ.* 34. *pag.* 55.

de eadem una cum tabe & hectica. *Idem ibid. obſ.* 35.

de eadem

de eadem continua ſoporoſa. *Piſo obſ.* 166. 167. 168. 169.

de eadem cum Hectica, Tuſſi, Atrophia. *Lotich. fol.* 76.

de Quartana bis hominem corripiente. *Schench. obſ. lib.* 6. *fol.* 817.

nonnullos toto vitæ ſuæ tempore nunquam Quartana corripit. *Idem fol.* 818.

Quartana Fœtui in utero Materno congenita. *Ibidem.*

Quartanas nonnunquam ad vigeſimum tertium annum durante. *Ibid.*

Quartanam ſæpè in alios morbos transmutari: nonnunquam etiam Dyſenteria curari. *Idem fol.* 820.

Ex intempeſtivo uſu Lapidis Bezoar Quartana & mors. *Hildan. cent.* 6. *obſ.* 88. *pag.* 613.

Salvatellæ apertio in quartana. *River. obſ. com. pag.* 344. *Severin. l. de Salvatel a.*

Quartanam ſenes non ſemper enecare. *Schench. obſ. lib.* 6. *f.* 820.

Quartanarij mira deliria. *Idem fol.* 821

ad Quartianam remedia ſelecta. *Ibidem.*

de Quartanarijs fortuitò curatis. *Idem fol.* 823.

ex Quartana malè curata ſanitas, tùm & mors ſubſecuta. *Idem fol.* 823.

Quartanarius amuleto ex barbæ pilis curatus. *Camerar. Syll. mem. cent.* 7. *part.* 6.

ex Quartana male curata, ſanitas. *Idem ib. part.* 7.

Quartana ſimplex vehemens in duplicem, ſed mitiorem, breviorem & retrogradam mutata, cum impetigine manus & femoris. *Swetius miſc. pag.* 558.

de quinquagenario è tertiana æſtiva in Quartanam ſimplicem, ex hac rurſus in Quartanam triplicem & hydropem degenerato. *Holler. obſ.* 20.

Quartana Duplex & Triplex.

De duplici Quartana. *Brendel. conſ.* 107. *p.* 378. *Cardan. meth. med. p.* 236. *Foreſt. l.* 5. *obſ.* 9. *pag.* 132. *Poter. cent.* 3. *cur.* 54. *& ſeq. Schench. obſ. l.* 6. *f.* 832. *Zacut. de* PP. *M. Hiſt.* 34 *lib.* 4. *fol.* 728.

de eadem in utero gerente. *Poter. cent.* 3. *cur.* 56. *fol.* 50.

de eadem cum principio Hydropis. *Poter. cent.* 2. *cur.* 96. *fol.* 99.

de eadem, quam fluxus alvi ſubſequebatur; & de altera, cum tribus menſibus duplici quartanâ laboraſſet, ſanata. *Foreſt. lib.* 5. *obſ.* 10.

de febre duplici quartana cum dolore capitis & vigilijs. *Ben. Sylvat. cent.* 1. *conſ.* 6.

de eadem, & abſtinentia ei noxia. *Tulp. lib.* 3. *cap.* 53.

de Triplici Quartana. *Ballon. Epid. p.* 271. *Bartholin. hiſt. anat.* 45. *cent.* 1. *Foreſt. lib.* 5. *obſ.* 11. *p.* 134. *Montagn. conſ.* 282. *fol.* 324. *Montan. conſ.* 24. *f.* 1020. *Schench. lib.* 6. *fol.* 832. *Zacut. de* PP. *M. Hiſt.* 35. *lib.* 4. *fol.* 729.

Triplicis Quartanæ creſcentis & decreſcentis differētia. *Panarol. pent.* 2. *obſ.* 25.

Febris Quintana.

De Febre Quintana. *Foreſt. lib.* 3. *obſ.* 43. *pag.* 103.

de Quintana lethali cum tertiana duplici continua copulata. *Panarol. pent.* 2. *obſerv.* 33.

Febris Semitertiana. Vid. *Febris hemitritæa.*

Febris *Septena.*

De Febre ſeptena. *Rhodius cent.* 1. *obſervat.* 18.

Febris *Symptomatica.* Vide Febris.

Febris *Syncopalis Humoroſa.*

De Febre Syncopali humoroſa. *Roderic. à Fonſec. tom.* 2. *conſ.* 19. *fol.* 52.

de eadem cum vomitu & alijs accidentibus. *Fernel. conſ.* 27. *fol.* 25.

de eadem cum humore crudo os ventriculi infeſtante. *Amat. cent.* 7. *cur.* 98.

Febris Syncopalis Minuta.

De Febre Syncopali minuta. *Amat. cent.* 7. *cur.* 99. *Roder. à* Fonſec. *tom.* 2. *conſ.* 20. *fol.* 55. *Zacut. de* PP. *M. Hiſt. lib.* 4. *hiſt.* 39. *fol.* 734.

de Febre Syncopali. *Tulpius obſerv. lib.* 4. *cap.* 46.

de eadem ex nimia Venere. *Grembs arb. ruin. p.* 407.

de eadem continua à bilioſo humore. *Foreſt. lib.* 2. *obſ.* 41. *p.* 63.

de eadem intermittente, à bilioſo humore. Idem *lib.* 3. *obſ.* 19. *p.* 80.

de eadem, humorali dicta, ab humore pituitoſo. *Idem ibid. obſ.* 29. *p.* 89.

de febre cardiaca dicta. *Idem lib.* 2. *obſ.* 39. *pag.* 61.

Febris Singultuoſa. Vide *Febris.*

Febris Synocha.

De Febre Synocha putrida. *Epiphan. hiſt.* 6. *fol.* 17. Frambeſ. *f.* 2. 8. *Mocch. conſ.* 33. *fol.* 53. *Plater. lib.* 2. *f.* 259. *Ruland. cent.* IV. *cur.* 51. *Thom. Willis cap.* 11. *p.* 115. *& ſeq. Valleriol. lib.* 2. *obſ.* 6. *fol.* 89. *& l.* 4. *obſ.* 8. *fol.* 187. *Zacut. de* PP. *M. hiſt.* 9. *l.* 4. *f.* 635.

Curatio Synochi febris circa putredinem. *Brendel. conſ.* 106. *p.* 374.

de Synocho cauſonide. *Foreſt. lib.* 5. *obſ.* 24. *pag.* 149.

de ſynochis quibuſdam febribus, modo cum variolis, modo cum morbillis. *Foreſt. lib.* 6. *obſ.* 46. *p.* 198.

de ſynocho cum delirio monſtruo conjuncta. *Piſo obſ.* 157.

de eadem non putri cum puſtularum ſeu exanthematum eruptione. *Grembs arb. ruin. p.* 409.

de ſynocho ſubſequentibus variolis. *Idem ibid. p.* 427.

de ſynocho non putri. *Foreſt. lib.* 1. *obſ.* 10. *pag.* 10.

de eadem à barbaris Synocha inflata dicta. *Idem ibid. obſ.* 11. *p.* 11.

de febre continenti circa putredinem, vel Synocho non putri, quæ tandem in ſynochum putrem non ſolum converſa eſt, ſed etiam in anginam periculoſam transmutata. *Idem ibid. obſervat.* 12. *pag.* 12.

de eadem non putrida, in qua metus erat, quod in putridam mutaretur. *Idem ib. obſ.* 13. *p.* 13.

de febre ſanguinea ſeu ſynocho cum putredine. *Idem ibid. obſ.* 14. *p.* 15.

de febre continente ſeu ſynocho putri. *Idem ibid. obſ.* 15. *p.* 16.

de Synocho putri, lethali, in pleuritidem, deinde in pulmoniam converſ. *Idem ibidem obſervat.* 16. *pagina* 17.

de febre continente, cui exanthemata con-

concomitabantur. *Idem ibid. obſerv.* 17. *pag.* 18.

de ſynocho putri in juvene carnoſo ſanguineo. *Idem ibidem obſervat.* 18. *pag.* 19.

de eadem continente per fluxum ſanguinis narium curata. *Idem ibidem obſervat.* 19.

de eadem quæ menſium fluore deſiit. *Idem ibid. obſ.* 20. *p.* 21.

de eadem quarto die obeunte. *Idem ibid. obſ.* 21. *p.* 22.

de eadem ſanguinea, ſeptimo die fluxu ſanguinis narium terminata *Idem ibid. obſ.* 22. *p.* 22.

de eadem cum varijs accidentibus. *Idem ibid. obſ.* 23.

Lactantis Febris ſynochus. *Al. Deodat. Valetud. p.* 31.

de Synocho ex bile ſine putredine. *Schenchius obſ. lib.* 6. *f.* 809.

Synochi tam ſine, quàm cum putredine, curationes memorabiles. *ibidem.*

Frigidæ hauſtu à ſynocho liberati. *Idem fol.* 811.

de Synocho Alvi fluxu ſoluta. *ibidem.*

de eadem Alvi fluxu, & ingente Hæmorrhagia ſoluta. *ibidem.*

Synochus ex frigidæ Aquæ potu in Convulſiones deſinit. *ibidem.*

de eadem in Gravida, cum Opiſtotono. *Valeriol. lib.* 6. *obſ.* 5. *fol.* 249.

de eadem ex obſtructione Pororum cutis. *Lotich. lib.* 1. *f.* 1.

de eadem ex ceraſorum comeſtione, & Cerviſiæ potu. *Idem fol.* 3.

de eadem ex animi commotione. *Idem. fol.* 5.

de eadem ex itinere ſub Cœlo pluvio, cum capitis & ventriculi dolore. *Idem fol.* 6.

Febris Tertiana ſimplex intermittens.

De ſimplici Tertiana intermittente. *Al. Deodat. Valetud. p.* 101. & 355. *Ballon. tom.* 1. *conſ.* 14. *fol.* 26. & *conſil.* 17. *f.* 30. *conſ.* 20. *fol.* 36. *conſ.* 23. *f.* 49. & *conſ.* 26. *f.* 136. *Cald. trib. Med. lib.* 1. *ſect.* 1. *p.* 2. *Claudin. conſ.* 45. *fol.* 105. *Cruccius de Quæſit. cap.* 30. *f.* 248. *Foreſt. lib.* 3. *obſ.* 1. *p.* 64. *Guarin. conſ.* 120. *fol.* 134. & *conſ.* 123. *fol.* 136. & *conſ.* 132. *fol.* 148. *Holler. obſ.* 25. *Horſt. obſ.* 4. *fol.* 4. & 6. & *ſequen. Jul. Caſ. Benedict. conſ.* 78. *pag.* 355. *Læl. à Fonte conſ.* 20. *fol.* 67. *Lotich. lib.* 1. *fol.* 34. 39. 43. 50. 57. 59. *Montagn. conſ.* 271. *fol.* 313. *Montan. conſ.* 17. *fol.* 1011. & *ſeq. Plater. lib.* 2. *fol.* 268. & *ſeq. Renealm. obſ.* 8. *fol.* 6. & *obſ.* 23. *fol.* 15. *obſ.* 62. *fol.* 44. *obſ.* 66. *fol.* 46. *obſ.* 68. *fol.* 48. *obſ.* 73. *fol.* 51. & *ſeq. obſerv.* 80. *fol.* 56. *obſervat.* 97. *fol.* 69. *obſ.* 111. *fol.* 80. *obſerv.* 113. *fol.* 81. *obſ.* 131. *fol.* 98. *obſ.* 170. *fol.* 130. *obſ.* 189. *fol.* 143. *River. cent.* I. *obſ.* 20. 22. 26. 27. & C. II. *obſ.* 46. 57. & C. III. *obſ.* 20. 88. 89. *it. obſ. comm. p.* 157. 447. *Ruland. Cent.* I. *cur.* 97. 100. & C. II. *cur.* 22. 94. & III. *cur.* 20. 70. & *c. IV. cur.* 75. & *C. V. cur.* 39. 40. 42. 47. 48. 54. 55. 75. 81. & *c. VI. cur.* 6. 11. 63. & *VII. cur.* 9. & *IIX. cur.* 91. & *X. cur.* 21. 44. 69. *Scholtz. conſ.* 317. *f.* 897. *Solenand. conſil.* 21. *fol.* 88. *Thom. VVillis de febr. c.* 3. *Valleriol. lib.* 4. *enarr.* 3. *fol.* 249. *Venuſt.* 2. *part. conſ.* 29. *fol.* 245. *VVolfg. Gabelchov. cent.* 1. *fol.* 55. & *cent.* 2. *fol.* 159. & *cent.* 3. *fol.* 44. & 100. *Idem cent.* 4. *folio* 202. & *cent.* 6. *fol.* 141. *Zacut. de PP. Med. Hiſt.* 26. *lib.* 4. *fol.* 704. & *ſeq.*

Exemplum quo febrium intermittentium focus & fomes liquido oſtenditur. *Fernell. Patholog. l.4.c.10.*

Colloquium de febre Tertiana, atque de ſignis omnium aliarum Febrium. *A. Maſſa l.2.2. Epiſt.10.p.74.*

de Tertiana breviſſima. *Rhodius cent.1. obſerv.6.*

de eadem ſexies repetente. *Idem ibidem obſerv.7.*

de eadem ſpuria urinæ profluvio ſublata. *Idem ibid. obſ.8.*

de Tertiana intermittente cum Cardialgia. *Claudin. conſ.119. fol.282.* Vide *Cardialgia. Jo. Colles coſmit. fol.190. Moccha. conſ.108. fol.147. Renealm. obſ.42. f.29. & obſ.191. fol.145.*

de eadem cum Hepatis obſtructione, Dyſpnœa, Cardialgia. *Plater. l.2. f.286.*

de eadem in Corpore Plethorico. *Horſt. lib.1. obſerv.6. f.6.*

de eadem intermittente maligna. *Idem ib. obſerv.10.*

de eadem intermittente, cum tumore hepatis. *Piſo obſ.158.159.160.*

de eadem in continuam mutata. *Idem obſ.161.*

de febre tertiana à ſcirrhoſo pancreate. *Idem obſ.162.*

de eadem intermittente cum delirio. *Idem obſerv.170.*

de Tertiana per expurgationem ſeri curata. *Piſo obſ.180.*

de Tertiana intermittente exquiſita, mutata in ſemitertianam. *Foreſt. lib.5. obſerv.13.*

de Tertiana producta in ſemitertianam periculoſam tranſmutata cum convulſione & ſyncope. *Idem ibidem obſerv.16. p.138.*

de febre Tertiana diuturna. *River. cent.3. obſ.49.*

de eadem intermittente in ſene nonagenario. *Bartholin. hiſt. anat.82. cent.3.*

de Tertiana contagioſa & Epidemia. *Idem hiſt. anat.56. cent.2. Salmuth. cent.3. obſerv.51.*

de Tertiana cum doloribus dextri hypochondrij & cruris abſceſſum minantibus. *Ballon. Epid. f.22.*

de eadem poſt quartanam cum variis ſymptomatis. *Idem ibidem fol.261.*

de eadem vehementi & morte ex remedio malo. *Idem ibid. f.266.*

de febri Tertiana cum capitis, ventriculi ac renum dolore, inappetentia. *Cornacchin. meth. p.51.*

de eadem ſimplici cum abſceſſu meſenterij. *Hœfer. Herc. Med. lib.1. c.2. pag.124.*

de Tertiana cum Alvi fluxu & vomitu. *River. cent.2. obſ.42.*

Tertiana incipiens cum ardore ſub dextro hypochondrio, ſine ulla nota rigoris. *Thoner. l.1. obſ.5. p.75.*

de febri tertiana & lumbricis. *River. obſ. comm.408.*

de eadem intermittente cum vomitu, & inſigni cardialgia. *Thom. Willis de Febr. cap.4. p.52.*

de eadem cum inſigni Cutis pruritu. *Horſt. obſerv. f.5. lib.1.*

de tertiana exquiſita Alvi fluxione ſoluta. *Horſt. lib.1. obſ.7. f.7.*

de eadem cum Alvi fluxu, ex imaginatione orta. *Lotich. lib.1. f.36.*

de eadem cum inſigni amaritudine oris. *Horſt.lib.1.obſ.8.f.8.*

de ſanguinis miſſione in tertiana. *Ballon. tom.1.conſ.44.f.199.*

de Tertiana intermittente lethali. *Amat. cent.7.cur.6.fol.40.*

de Abſynthij infuſo in febre tertiana. *Amat.cent.7.cur.43.*

de tertiana intermittente, cum Lue Venerea. *Renealm.obſ.56.f.38.*

de eadem cum pallido colore. *Idem obſerv. 67.fol.47.obſ.114.f.81.*

Tertianarius quidam 14. die optime judicatus 15. die cholera ſuperveniente mortuus. *Panarol.pent.1.obſ.28.*

Tertiana intermittente laborans virgo nobilis, paroxyſmis vigentibus furebat. *Smetius miſc.p.530.*

Tertiana ſimplex in duplicem verſa & ex duplici intermittente in cõtinuam mutat[illegible] *Idem ibid.p.536.*

de Tertiana febri cum tribus paroxyſmis. *Grembs arb.ruin.p.408.*

de eadem intermittente, mutata in continuam periculoſam, cum gutturis inflammatione, difficultate deglutiendi, linguæ ſcabritie & ejuſdem inflammatione, nigredine & fiſſuris ac aphthis. *Foreſt. lib. 7. obſerv. 25.pag.225.*

de febre eadem intermittente bilioſa, cum ſpiritu frigido lethali. *Bartholet.de reſpir.lib.2.cap.7.pag.80.& lib. 4. cap.7.pag.202.*

de eadem ex bile putrefacta Conſilium. *Hornung. ciſt. Med. Ep. 261. pagina 465.*

de tertiana exquiſita. *Foreſt.lib.3.obſerv.2. pag.65.*

de eadem non exacte pura, tamen legitima, ſeptem circuitibus terminante. *Idem ibid.obſ.4.p.68.*

de eadem exactè pura, poſt tertium paroxyſmum finiente. *Idem ibidem obſerv.3. pag.66.*

de eadem legitima in monacho ſede. *Idem ibid.obſ.5.p.67.*

de eadem ſatis exquiſita quinto paroxyſmo terminante. *Idem ibidem obſ. 6. pag. 67.*

de eadem ſeptimo circuitu finiente. *Idem ibid. obſ. 7. p. 68.*

de eadem nono circuitu deſinente. *Idem Ibid.obſ.8.p.69.*

de eadem pura ſeptimo circuitu finiente. *Idem ibid.obſ.9.p.71.*

de eadem per icterum poſt ſeptimum circuitum terminata. *Idem ibidem obſ. 10.*

de eadem maximum calorem habente. *Idem ibid. obſ. 11.p.73.*

de eadem ſimpliciter dicta. *Idem ibid. obſ. 12.pag. 74.*

de eadem exquiſita cum vomitu bilioſi humoris. *Thoner. lib. 1. obſervat. 4. pag. 74.*

de ſucceſſione dolorum ventris inferioris Febri Tertianæ. *Piſo obſ.76.p.77.*

de medicamento exhibito in acceſſione Febris Tertianæ intermittentis, ex quo fluxus & vomitus ſubſequuti ſunt cum ſyncope & alijs ſymptomatibus gravioribus. *Foreſt. lib. 7. obſervat. 8. pag. 212.*

de Sudore in Tertiana intermittente rigorem prævertente. *Piſo obſ.182.*

de febre tertiana cum Ictero. *Al. Deodat. Valetud. p. 75.*

de febre typũ habente Tertianæ intermittentis cũ ſyncope Cardiaca. *Sim. Paulli de febr. malign. p. 20. & ſeqq.*

de febre Tertiana continua. *Foreſt. l. 2. obſ.* 26. & 28. *p.* 45. & 48.

de eadem, biliosa. *Idem ibid. obſ.* 24. & 26. *pag.* 43. 45.

de eadem, maligna intra dies octo ægrum interficiente. *Idem ibid. obſ.* 25.

de eadem cum varijs accidentibus 14. die curata. *Idem ibidem obſervat.* 27. *pag.* 47.

de eadem graviſſima in prægnante ex venæſectione curata. *Idem ibid. obſerv.* 29.

de eadem, nono die interficiente. *Idem ib. obſ.* 30. *pag.* 50.

de ſomno profundo in Tertiana continua. *Grembs arb. ruin. p.* 408.

de Febre Tertiana Continua notha, quæ 29. die in duplicem Tertianam intermittentem degeneravit. Fr. *Rubeus exerc. noct.* 4. *pag.* 32.

Vi Febris Tertianæ exitus oculi. *Ballon. Epid. p.* 267.

de Febre Tertiana cum Hypochondriorum tenſione. Idem *obſervat.* 72. *fol.* 50.

de eadem cum inflatione ventriculi. Idem *obſ.* 126. *fol.* 89.

de eadem cum ſuffocatione. *Amat. cent.* 2. *cur.* 48. *fol.* 53.

de eadem cum Cephalalgia in Fœmina. *Lotich. obſ. lib.* 1. *f.* 37.

de eadem in Infante. *Idem lib.* 1. *fol.* 38.

de eadem poſt Annum recurrente. *Idem fol.* 46.

de eadem imperfectè curata. *Idem folio* 47.

de eadem ex eſu oſtreorum. *Lotich. obſerv. lib.* 1. *fol.* 48.

de eadem ex eſu Cochlearum. *Idem fol.* 51.

de eadem triginta annos perdurante. *Schench. obſ. lib.* 6. *f.* 815.

in Tertianæ ſimplicis, & exquiſitæ Acceſſione, nimio veſtium operimento intra trihorium mortui. *Idem f.* 816.

In febri Tertiana omiſſa venæſectio, mortis cauſſa. *Ballon. Epid. pag.* 267.

Tertianario expurgativo levi, diarrhæa ſequuta, qua biliosa & atra decedebant. *Smetius miſc. pagina* 560.

Tertiana febris in duobus viris juvenibus poſt 4. & 5. paroxyſmos, ſolis præparantibus & aperientibus abſque purgativo curata *Idem ibidem. pag.* 575.

de ſolutionibus Tertianarum. *Piſo obſervat.* 181.

Ad febres Tertianas. *Borell. cent.* 3. *obſerv.* 56.

Tertianæ duæ & una tolluntur pulvere. *Cornachin. method. p.* 47. 48.

Conchæ Margaritiferæ admirabilis contra febres Tertianas virtus. *Camerar. Syll. mem. cent.* 8. *part.* 25.

Febris Tertianæ antidotus. *Al. Deodat. Valetud. p.* 158.

Venæ ſectionis tempus in Tertiana. *Bartholin. cent.* 6. *hiſt.* 42.

Omiſſio evacuationum neceſſariarum in initijs Febrium intermittentium, graves noxas inducit. Schench. *fol.* 815. *VVolfg. Gabelch. cent.* 6. *f.* 8. 30.

de febre Tertiana notha ſeu ſpuria. *Foreſt. lib.2. obſerv.31. & lib.3. obſerv.13. Riverius obſerv. comm. pag.398. Thoner. lib.1. obſ.6. app.p.75. VVolfg. Gabelch. cent.1. fol.193. Ruland. cent.1. cur.8. & c.II. cur. 36.51.69. & c.III. cur.47. & c.IV. cur.13. & VI. cur.64. & VIII. cur.6. & IX. cur.22. & c. X. cur.26.29.31.88.*

de eadem ſpuria urinæ profluvio ſublata. *Rhodius cent.1. obſ.8.*

de eadem notha & ſubinde recurrente, & tandem in magis puram deſinente curata. *Foreſt. l.3. obſ.14. p.76.*

de eadem notha proxime ad puram accedente, quæ & undecimo circuitu terminata eſt. *Idem ibidem obſerv.15. pag.77.*

de eadem notha, ex bile citrina, vel ex bile mixta cum pituita aquea. *Idem ibid. obſervat.16.*

de eadem ſpuria ex bile vitellina. *Idem ib. obſ.17. p.78.*

de eadem impura ex bile miſta cum humore melancholico. *Idem ibid. obſerv. 18. pag.79.*

de eadem notha recidiva. *Grembs arb. ruin. pag.407.*

de eadem notha vino medicato brevi immuni reddita. *Thoner. lib.1. obſervat. 3. app. pag.73.*

de eadē notha ſimplici magno cardiogmo complicata. *Val. Martin. enchir. de febr. pag.218.*

de eadē cum debilitate ventriculi. *VVolfg. Gabelch. cent.6. f.143. & ſeq.*

Febris Tertiana Duplex Notha.

De duplici Tertiana, Notha, continua, vel intermittēte. *Ballon. tō.1. cōſ.4. f.7. & cōſ. 16. fol.28. Claudin. conſ.32. f.118. Cornachin. Method. pag.59. Epiphan. Hiſt.1. fol.1. & hiſt.1. fol.1. & hiſt.86. fol.285. Foreſt. lib. 5. obſ.1. pag.125. Fr. Rubeus exerc. noct.28. pag.318. & exerc.29. pag.322. Frambeſar. fol.224. Guargant. conſ.132. & 163. & 285. Guarin. conſ.119. fol.133. & conſ.300. fol.442. & conſ.347. fol.354. & conſ.433. fol.491. & conſ.434. fol.493. & conſ.485. fol.564. & conſ.519. fol.602. & conſ.520. fol.605. & conſ.551. fol.669. Jul. Ceſ. Benedict. conſult.79. p.359. & conſ.80. p.62. Lotich. obſ. l.1. fol.54. Lal. à Fonte conſ.4. fol.16. & conſ.11. fol.41. & ſeq. conſ.15. fol. 51. conſ.22. fol.73. conſ.25. fol.82. conſ.48. fol.144. conſ.93. fol.157. conſ.70. fol.204. conſ.90. fol.250. conſ.99. folio 270. conſ.100. fol.272. conſ.103. fol.279. conſ.126. folio 336. conſ.128. fol.341. & conſ.136. folio 360. Moccha conſ. 18. fol.33. conſ.20. fol.35. conſ.77. fol.106. conſ.86. folio 118. conſ.95. fol. 132. Montagn. conſ.277. fol.319. & ſeq. Montan. conſ.19. folio 1012. & ſeq. Nicol. Fontan. diſcurſ.2. folio 76. Panarol. pent.1. obſervat.24. Poter. cent. 2. cur.34. fol.40. Renealm. obſerv.76. fol. 53. & obſerv.102. fol.74. obſervat.112 fol. 80. obſerv.116. fol.82. River. cent.3. obſervat.10.11.67.95. Ruland. cent. III. cur.40.46. & c. X. cur.17. Spigel. de Semitert. lib.2. c.8. pag.53. Theodoſ. epiſt.44. fol.273. Venuſt.2. part. conſ. 16. fol.105. VVolfg. Gabelchov. cent.1. fol.24. & 193. Idem cent.6. f.145.236. Zecch. conſ.90. f.392.*

de duplici Tertiana notha, cum hypochondriorum dolore. *Roderic. à Fonſec. tom.2. conſ.51. f.143.*

de la-

de laborante duabus tertianis. *Ang. Victor. conſ.* 49. & 57. *p.* 152. & 178.

de Duplici tertiana in pueris oborta. *Foreſt. lib.* 5. *obſ.* 2. *p.* 126.

de eadem cum vomitu bilis praſſinæ. *Idem ibid. obſ.* 3.

de eadem, cum ſaliva ex ore ob cauſam calidam elabente. *Idem ibidem obſervat.* 4.

de eadem, continua, malignaque laborantis cum vigiliis, deliriis, capitis gravitate & papulis in dorſo. *Guarguant. reſp. var. fol.* 186.

de eadem cũ vomitu cibi & potus. *Grembs arb. ruin. p.* 410.

de eadem cum hydrope. *River. cent.* 3. *obſervat.* 16.

de eadem cum quotidiana & maligna. Spigel. *de Semit. Epiſt. pagina* 150. & *ſeqq.*

de eadem maligna. *Stephan. decad.* 6. *conſ.* 6.

de eadem mire pertinaci ſupra hebdomadas XXX durante. *Smetius miſc. pag.* 530.

de eadem in continuam & continua rurſus in Tertianam duplicem permutatã. *Idem ibid. p.* 570.

de eadem intermittente cum vigente appetitu abſque ſiti. *Idem ibidem pag.* 585.

Ab eadem liberatus. *Thoner. lib.* 1. *app. obſ.* 7. *pag.* 75.

de eadem curata. *Alpin. de Med. Ægypt. lib.* 3. *c.* 4. *p.* 82.

de febris duplicis Tertianæ intermittentis putredine in vaſis majoribus minoribusque. *Spigel. de Semit. cap.* 15. *lib.* 1.

De Tertiana cum perverſa imaginatione, fallacia quadam curata. *Schench. obſ. l.* 6. *fol.* 815.

de eadem, & Catarrho. *Læl. à Fonte conſ.* 52. *fol.* 155. *conſ.* 143. *f.* 380. *conſ.* 135. *f.* 357. *conſ.* 107. *fol.* 289. *Moccha conſ.* 97. *f.* 134. Vide *Catarrhus cum Febre.*

de eadem cum aſſiduo Capitis dolore. *Plater. lib.* 2. *obſ. fol.* 262. *Poter. cent.* 2. *cur.* 23. *fol.* 29. *Zecch. conſ.* 82. *fol.* 364. *VVolfg. Gabelch. cent.* 6. f. 154.

de eadem in utero gerẽte. *Wolfg. Gabelch. cent.* 6. *fol.* 160. 158. *Zecch. fol.* 177. Vide *Uterc. Gerent.*

de eadem in puerpera, tandem in Ventris tumorem, & Abſceſſum circa inguina deſinente. *Horſt. lib.* 1. *fol.* 12.

de eadem cum Menſium diminutione. *Moccha conſ.* 7. *fol.* 16. Vide *Menſium Diminutio.*

de duplici Tertiana continua ſpuria. *Ben. Sylvat. cent.* 1. *conſ.* 4. *pag.* 8. *Fr. Rubeus noct. exercit.* 6. *pag.* 57 & *exerc.* 14. *pag.* 177. & *exercit.* 19. *pag.* 227. & *exerc.* 22. *pag.* 251.

de eadem ſpuria, tuſſi continua, & uterina præfocatione. *Ben. Sylvat. conſ.* 5. *p.* 9.

de eadem ſpuria cum variolis. Fr. *Rubeus noct. exerc.* 27. *p.* 309.

de eadem cum Aſthmate. *Montagn. conſ.* 278. *fol.* 319.

de eadem cum Dolore laterali. *Moccha conſ.* 75. *f.* 104.

de eadem cum imbecillitate Ventriculi, & Tumore Pedum. *Moccha conſ.* 69. *fol.* 96.

de eadem cum Vomitu, & Diarrhœa. *Montagn. conſ.* 146. *f.* 169.

de eadem, & Tumore Ventris. *Ballon. lib. 2. conſ. 40. f. 279. Poter. cent. 1. cur. 15. f. 25.*

de eadem cum Icteritia. *Renealm. obſerv. 137. fol. 102.*

de eadem cum lienis Tumore. *Poter. cent. 2. cur. 24. fol. 29.*

de eadem cum Aphtis. *Nicol. Fontan. exempl. 15. fol. 59.*

de eadem cum Capitis dolore, & Stomachi Angore. *Poter. cent. 1. cur. 43. fol. 40.*

de eadem cum Hæmorrhagia. *Schench. lib. 6. fol. 830.*

de eadem cum Diarrhœa. *Læl. à Fonte conſ. 17. f. 55.* Vide *Alvi Fluor cum Febre. Cober. Decad. 7. obſ. 3.*

de eadem cum Ulceribus. Vide *Ulcus.*

de eadem multis comitata Symptomatis. *Moccha conſ. 2. fol. 3.*

de eadem ac Theriaces uſu. *Moccha conſ. 76. fol. 105.*

de eadem in Malignam converſa. *Idem conſ. 137. fol. 186.*

de eadem cum Hæmorrhoidum Fluxu. *Cardan. conſ. 4. fol. 748.*

de eadem uſu Acidularum expurgata. *Horſt. lib. 1. fol. 10. Schench. fol. 816.*

de duplici Tertiana continua cum Morbillis. *Fr. Rubeus noct. exerc. 10. p. 132.*

de eadem cum pravis ſymptomatibus. *Ibid. exerc. 8. p. 220.*

de eadem, quæ poſtea in Ardentem degeneravit. *Ibid. exercit. 36. p. 419.*

de Febre Tertiana duplici ac maligna cum Variolis. *Ib. exerc. 25. p. 288.*

de Tertiana continua, cum ingenti oborta Hæmorrhagia critica, & vomitu rejectis tribus lapillis. *Schench. obſ. lib. 6. fol. 815.*

de Æſtiva Tertiana annuis purgationibus ſublata. *Idem fol. 816.*

de Tertiana, Cachexia & Tabe in Sene. *Schench. ibid.*

de Tertiana ex ſuppreſſis vomitibus conſuetis, in paralyſim tranſeunte. *Idem f. 817*

ex Tertiana in ſoporem verſus, qui in vigilias & Mortem ceſſavit. *Ibid.*

Sudor copioſus in febre Tertiana ante Paroxyſmum erumpens. *Schench. ibid.*

Febre Tertiana adoleſcentula virgo affecta, nullis fortibus pilulis moveri potuit, liquidis & lenibus purgabatur. *Smetius Miſc. pag. 530.*

Febris Tertiana Triplex.

De Triplici Tertiana. *Foreſt. lib. 5. obſ. 5. pag. 129.*

Febris Tertiana quadruplex.

De Tertiana quadruplici. *Tulpius obſ. lib. 4. c. 45. Val. Martin. Enchirid. Febr. p. 29.*

Febris Typhode.

De Febre Typhode. *Ballon. tom. 1. conſ. 79 fol. 412. Foreſt. l. 2. obſ. 37. p. 50.*

Febris Ungarica. Vid. *Febris Maligna. Peſtis.*

De Febre Ungarica. *Burggrav. lib. de ead. lue. p. 106. & ſeqq. cap. 27. Ruland. l. propr. cap 6. 38. hiſt. enarravit.* Wolfg. *Gabelch. cent. 5. & 6. per tot.* Wolfg. *Hœfer. Herc. Med. p. 147. Hildan. cent. 5. obſ. 31. pag. 534.*

Feces. Vide *Excretiones.*

Fœcunditas. Vid. *Conceptio, Fœtus, Partus.*

Quomodo Fœcunditas agnoſcatur. *Amat. cent. 6. cur. 96.*

do Fœcunditate. *Zuing. Theat. v. h. fol. 408. & ſeq. Io.* W*olffius lect. memor. tom. 1. 582. & tom. 2. p. 72 & 418.*

Fœmur. Vid. *Coxa*.

Fœtor.

De fœtido odore totius Corporis. *Zuinger. Th.v.h.p.*281.

de Alarum fœtore. *Foreſt. lib.*17. *obſ.*29 *p.* 132.*t.*3.

de fœtore ex cadaveribus interfectorum hominum in puteum projectis. *Pareus lib.*10.*c.*13.

de Sanguinis fœtore in Venæ ſectione. *Ballon. Epid.p.*174.

De Axillarum fœtore. Vide *Axilla*.

de tetro corporis partium fœtore. *Schench. obſ.lib.*5.*fol.*778.

de fœtore cujuſdam puellæ, *Horſt. Ep.part.* 2.*fol.* 500.

de fœtore ex cadavere. *Hildan.obſ. tom.*1.*fol.* 176. & *cent.*2.*obſ.*26.*f.*180.

de fœtore Anhelitus ex laxitate Pylori. *Schench.l.*3.*fol.*384.

Fœtus. Vide *Gravida. Partus*.

De Fœtu petrificato in utero. *Augen.lib.*2. *de part.fol.*37. *Bourgois l.obſtetr.*2.*cap.*36. *Io. Alphonſ. de Fontech. Med.Chriſt.Spec.p.* 519. *Schench.l.*4.*f.*671.

de Fœtu mortuo duro in partu. *Bourgois lib. obſtetr.obſ.*5.*p.*162.

de Fœtu 28. annis in utero geſtato & petrificato. *Sennert.l.*4.*pract.part.*2 *ſect.*3.

de Fœtu in utero exiccato. *Bartholin. hiſt.anat.*96.*cent.*1.

De Fœtu extra uterum in abdomine retento, tandemque lapideſcente. *Hunc caſum Muſſipontanum reſolvit Laurent. Strauſſ. lib. propr. cum annexis judiciis celeberrimorum virorum: Illuſtriſſ. Dn. Kenelmi Digbœi fol.*18. *Guidonis Patini fol.*19. *Ioh. Henric. Pents. à Pentsenavv. f.*19. & *ſeq. Hermanni Conringy fol.*20. *Thom. Bartholin. fol.*21. & *ſeqq. Ioan. Caſpari Fauſij fol.*36. & *ſeqq. Melchioris Sebizij fol.*39. *Ioan. Martini Weibelij fol.*41. *Caroli Sponij. fol.*44. & 46. *Ioan. Georgij Volckameri fol.*51. *Chriſtophori Nicolai fol.*52. *Mauritij Hofman fol.*61. *Ioan. Güntheri Riemſchneideri fol.*64. *Ioan. Michaelis Fehr. fol.*65. *Georgij Segeri. fol.*66. *Ioan. Friderici Bilgeri fol.*77. *Wilhelmi Lorbach. fol.*79. *Ioan. Andr. Grabæ fol.*80. *Antonij Deuſingij fol.*101. & *libell. pecul. Io. Chriſtoph. Eiſenmengeri fol.*221. *Ioan. Danielis Horſtij. fol.*240.

de Fœtu extra uterum in abdomine invento. *Bartholin. cent.*6 *hiſt.*92.

de Fœtu, rupto utero, in ventris ſpacium illapſo. *Io. Caſpar. Fauſius ap. Laur. Strauſſ. de fœtu. Muſſipont. pag.*91.

de Fœtibus in tuba uteri latitantibus. *Ex Riolano Laur. Strauſſ. de fœt. Muſſipontano fol.*36.

de Fœtus depravata conformatione & abortu. *Ben. Sylvat. cent.*4. *conſ* 62.*p.*552.

Embryo prægnans. *Bartholin. cent.*6.*hiſt. Anat.*100.

de Fœtu ſine epidermide. *Zuinger. Th.v.h.p.* 270. Vid. *Cutis*.

de Fœtu cum habitu utpote diademato. *Idem ib.*

de Fœtibus præpoſterè editis. *Idem ib.*

de Fœtu in uterum reverſo. *Idem ib. Camer. Syll.mem.cent.*11. *part.*19.

de Fœtibus editis moriente matre. *Zuinger. ibid.p.*270.

de Fœtibus elapſis mortua matre. *Idem ibid.*

de Fœtibus ex partu vel abortu mortuis.

Idem

*Idem ib.p.*490. *River.cent.*2.*obſ.*7.

de Fœtibus exciſis, ſeu ut vocant, Cæſares Cæſones *Zuinger. Th. v.h.p.*357.

pro Fœtu ſemianimi, ἐυπέιστον admirandum. *Camer.cent.*11. *part.*20.

de Fœtu immortuo. *Zuinger.ib.p.*357.

de Fœtu in utero mortuo. *Ruland. cent. III.cur.*57. *& c.IV.cur.*77. *& cent.V. cur.* 91.

de Fœtu mortuo & duro in Partu. *Bourgois. l.obſtetr.obſ.*5.*p.*162.

de Fœtu mortuo quatuor menſibus retento, vivente matre. *Bauhin. in App. Rouſſet. de Cæſar. p.*3.

de ſignis Fœtus mortui, *Bartholin. cent.* 5. *hiſt. Anat.* 78.

de Fœtu mortuo cum ſanguine nigro & ferveſcente, *Bourgois lib. Obſtetr. obſerv.* 20.

Fœtus mortuus abortu expulſus cum infinitis parvis globulis, qui piſcium ova repræſentabant. *Panarol. pent.* 2. *obſerv.* 18.

Fœtus ex veſica aquæ plena asperæ arteriæ adhærente in utero matris mortuus. *Panarol. pent.*1. *obſ.*5.

de Fœtu mortuo per ſedecim menſes in utero. *Bourgois lib. obſtetr. lib.*2.*obſerv.* 13.

Mulier fœtus mortuos quatuordecim produxit, in undecimo caſus mirus. *Heer obſ.* 14. *H.*3.

de Fœtu abortivo 4 menſium. *Smet. miſc. ib.pag.*570.

Fœtus in utero per 3. aut 4. dies mortuus, balneo medicato feliciter editur. *Idem pag.* 535.

de Fœtu mortuo cum ſerpente viva dorſo affixa. *Pareus l.*19.*c.*3.

de Puerpera cum fœtu enecta. *Pareus l. de renunc.p.*658.

de Fœtu mortuo per tres dies ante partum. *Fr. Rubeus noct. exerc.* 32. *pag.* 385.

de Fœtu mortuo cum intenſiſſimo dolore ventris inferioris, cum ſtranguria & dyſuria. *Foreſt. lib.* 28. *obſerv.*68. *pag.* 746.

Fœtus vivus in ipſo partu quaſi evaneſcens & ſurreptus. *Salmuth. cent.* 2. *obſerv.* 55.

de Embryone fruſtulatim per alvum excreto. *Tulp.obſ.l.*4.*c.*39.

de muliere fœtum corruptum paulatim exonerante. *Foreſt.l.*28.*obſ.*77.

de Fœtu mortuo à mortua Matre ſponte prodeunte. *Hœchſtett.part.*2. *decad.*6. *caſ.*3.*fol.*451. *Rollfinck.diſſ.anat.l.*6.*c.*33. *pag.* 1195. *Ronſſæus epiſt.*1. *fol.*9. *& ſequen.*

de Fœtus mortui extractione, cum brachij foras protenſione. *Tinell. conſ.* 8. *fol.* 84.

de expellendo fœtu mortuo, & mittendo ſanguine in utero gerente. *Moccha conſ.* 141.

Fœtus mortui expulſio violenta. *Bartholin. cent.*6.*hiſt.*83.

Fœtus mortuus in partu, & ſemihorulæ ſpatio reviviſcens, *Camerar. Syll.mem. cent.*11 *part.*28.

de admiranda fœtûs mortui extractione, Matrice adempta. *Langius lib.*2.*epiſt.*39. *fol.*667.

de Fœtûs mortui extractione. *Hildan.cent.*2. *obſ.*51.*fol.*213.*& fol.*545.*& cent.*6.*obſerv.* 63.*& Oper.fol.*658.*&* 904.*& ſeqq. Horſt. part.*2.*obſ.*23.*&* 35. *Marcell. Donat.Hiſt. l.*4.*fol.*239.*ed.Horſt.fol.*433.*Nicol.Fontan.*

exemp.44.fol.122 Schench.lib.4.fol. 660. Io.Sultet.obſ.p.117.Rolfinck.Anat.lib.1.c. 13.p.182.

de Fœtus mortui per umbilicum extractione. *Hildan. cent.fol.552. & oper.fol.907. & ſeqq.Schench.lib.4.fol.652. Zacut.de PP.M.Hiſt.17.f.512.*

de eadem per uncum. *Nicol.Fontan.libello proprio.*

de Mortuo infante cum pendulis inteſtinis, involucro vaſorum Umbilicalium inclusis, extra Abdomen.*Hœchſtett.decade 6.obſ.5.f.465.*

Fœtus aliquando tempore partûs per diem unum aut alterum veluti mortuus in Utero jacet.*Hild.cent.f.549.& oper.f.906.*

Utero per quinq; annos geſtatur infans, ſemiputridus eximitur, ſalva & curata matre.*Io.Wolffius lect.mem.tom.2.p.601.*

de Oſtento Dolano Infantis in ventre à morte matris reperti poſt annos ſexdecim & amplius graviditatis.*Laur.Strauſſ de Caſ.Mußipont.pag.145.*

Fœtus in utero mortuus non ſtatim putreſcrit.*Hild.cent.3.obſ.51.f.213.*

de Fœtûs mortui in utero geſtatione per plures annos.*Diom.Corn.hiſt.adm.rar.6. fol.13. Hildan.fol.560. & oper.pag.909. Schench.656.Marcell. Donat.hiſt.ed.l. 7.fol.659.*

de Fœtibus in utero putrefactis & tandem marcidis, vel per Umbilicum, Abdomẽ, Imum ventrem, Inguina, vel Anum excretis.*Schẽch.f.655.Franc.Rouſſet.de part. Caſ.ſect.4.Hild.oper.p.907.& ſeqq.*

de Muliere Sceleton mortui fœtûs utero ferente ac denuò concipiente: cui illud per ſectionem eximitur, uterus expurgatur, & conſolidatur, relicto altero conceptu qui poſtmodum vivus & validus in lucem prodijt.*Schench.fol.660.Diom. Corn.hiſt.adm.rar.8.fol.30, Matth. Corn. Ench. Med.Conſ.f.214.Hild.oper.p.914.*

Partum mortuum in utero viva matre conſumi & in ſceleton redigi poſſe exemplo vivi vituli cum oſſibus prioris fœtus enixi demonſtratur.*Plater.lib.obſ.214.*

de Infantibus in utero materno plorantibus. *Andr.Libau.part.2. ſing. de Uter. vag.p.287.Iob.Fincel.de mirac. Jo. Wolffius lect.mem.tom.2.p.647.& 666.Livius lib.21.hiſt.Rom.Nymman.de vit.fœt.in ut. p.39. Weinrich. de monſtr. Camer. Syll. mem.cent.11.part.17.* Vid. *Partus.*

Ejulatus in utero cauſæ. *Camer. ſyll. mem. cent.11.part.8.*

Infantes nondum nati loquuti. *Auguſtin.de civit.Dei lib.3.c.31.*

Liceatne Chirurgo ſalva conſcientia fœtum educere viventem è matre, ut hanc ſervet. *Hildan.oper.pag.90[illegible].*

de mirando quodam ſitu Fœtus [illegible] utero. *Idem centur. 6. obſeru. 64. fol. 578.*

Mulier ſcirrho matricis laborans unà cum fœtu moritur. *Idem Oper. pagina 902.*

Si duos Fœtus gerat Mater, alterum vivum, alterum mortuum, & uterque ad exitum feſtinet, quid agendum.*Schench.fol.664. Diom.Corn.Hiſt.adm.rar.7.f.24.*

de Cæſareo Partu citrà Matris aut Fœtûs periculum. *Schench.fol.665.* Vide *Partus.*

de Fœtibus imperfectis. *Bourgois l. obſtetr. obſ.29.& l.1.pag.51.*

de Partu imperfecto ob ſecundinam retentam, uteroque adnexam. *Plater.lib.1.fol. 215.*

de Fœtu quadrimeſtri.*Bourg.ib.obſ.31.*

de Fœtu ſexto menſe nato vitali. *Spigel. de form. fœt.c.7.*

de Muliere quæ per ſexdecim menſes uterum geſtavit. *Spigel.de form.fœt.c.7.*

de Fœtu incolumi, dubiâ matris morte. *Ben. Sylv.cent.4.conſ.65.p.552.*

Fœtus incolumis educitur ex utero integris matris rebus. *Maur.Cord.in Hipp.l.1.de muliebr.comm.1.*

de Prægnante, quæ peperit infantem ſine oſſe coagulato à cubito uſque ad humerum, qui infans egregiè curatus fuit. *Foreſt.l.17.obſ.15.p.120.*

Fœtus cum tophis venereis editus; alter obſitus variolis. *Rhod.Cent.3.obſ.83.*

de Embryonis motu ac febre retardato. *Bartholin.hiſt.Anat.96.cent.1.*

Nimia mulierum intemperantia, & non malacia tantùm fœtum deturpat. *Panar.pent.2.obſ.50.*

Vaſa umbilicalia, fœtui extracta. *Salmuth.cent.1.obſ.54.*

de Fœtus nutritione in Utero materno, & ejus Mictu. *Amat.cent.7.cur.35.*

de Fœtu, an abortivus fuerit, an legitimus. *Mercur.tom 3.fol.25.*

de exitu Fœtus in mala Figura. *Cermiſ. conſ. 13.f.41.*

de Fœtus Vagitu *Libau.tract.prop. Sennert. & Merindol.*

Vagitus expreſſus Fœtûs in utero adhuc concluſi. *Camer.Syll.mem.cent.11.part.16. Libau.lib.2.ſing.*

Vagitus fœtûs vicies in utero auditus. *Hornung.Ciſt.med.Epiſt.81.p.218.*

Cotonea fœtui & ventriculo grata. *Camer.ſyll.mem.cent.3.part.89.*

Cor gallinæ Fœtum abigit. *Idem ib.Cent.4.part.24.*

de Prole ſine Menſtruis. *Marcell.Hiſt.l.4.fol.242.ed.Horſt.fol.441. Rhodius C.3.obſ.54.*

de Fele quæ ſuos fœtus evomuit. *Bartholin.Epiſt.ap.Laur.Strauſſ.de Fœtu Muſſipont.fol.32.*

Ficus, & Fungi Carnoſi.

De Ficu. *Zuinger. Th.v.h.p.357.*

de Fungo Capitis. *Bartholin. cent. 6. hiſt. 82.*

de Fungo maxillæ. *Th.Bartholin.hiſt.anat.53. cent. 3.*

de Fungo palpebræ inferioris. *Idem cent.6. Hiſt. 10.*

de Fungo in pede. *Idem ibidem centur. 2. hiſt.5.*

de Ficu & thymis in ano ex lue Gallica. *Foreſt.l.23.obſ.9.p.433.*

Fungi per totum corpus erumpentes. *Borell.cent.1.obſ.34.*

de Fungis in Calvaria animadverſis. *Schenchius obſ.lib.1.fol.29.*

de Ficu cancroſo in oculo. *Hildan.cent.1.in init.p.1.*

de eodem ſcyrrhoſo. *Idem ib.obſ.2.in fol.pag.13.& p.16.in 4.*

de Fungo ſcyrrhoſo ex aure pullulante. *Idem cent.3.obſ.1.in fol.pag.183.& in 4.p.337.*

de Fungis in Abdomine repertis. *Sever.nov.Abſ.f.132.*

de Fungo Umbilici. *Hildan.cent.5.obſ.62.in fol.p.452.& in 4.p.500.*

de Fungo Balani. *Idem cent.3.obſ.88.in fol.pag.272.& in 4.p.341.*

de Ficubus diverſarum partium. *Idem cent.1. obſ. 15. in fol. pag. 22. & in 4. pag. 31. & centur.2.obſ.36.in fol.pag.111.& in 4.p.191.*

de Fungo oſſeo. *Idem cent. 2. obſ. 36. in fol. pag. 114. & in 4. p. 196.*
de Fungo ex vulva exciſo. *Tulp. obſ. lib. 3 cap. 33. & ſeq.*
ad Fungos auxilium mirabile. *Panarol. pent. 3. obſ. 45.*
de Fungo in vulnere juncturæ exorto. *Hild. Oper. p. 902.*

Fiſtula.

De Fiſtula lachrymali. *Bauer. conſ. 76. fol. 88. Hildan. cent. 1. obſ. 41. fol. 54. & cent. 4. obſ. 19. fol. 30. & ſeq. & cent. 5. obſ. 22. fol. 246. & cent. 6. obſ. 3. p. 500 in fol. Maſſar. conſ. 21. fol. 48. Mercur. tom. 1. conſ. 78. fol. 177. Moccha conſ. 45. fol. 67. Montagn. conſ. 61. fol. 87 Montan. conſ. 103. fol. 253. & ſeq. Plater. obſ. fol. 359. Roder. à Fonſec. tom. 2. conſ. 13 fol. 29. Ruland. Cent. 8. cur. 68. Severin de effic. Med. p. 284.*
de Fiſtulari Ulcere oculi ſiniſtri, deſtillatione & Iſchiade. *Mercur. tom. 3. fol. 114.*
de Fiſtula ex Parotide *Hildan. cent. 5. obſerv. 80. fol. 384. Zacut. de PP. M. Hiſt. lib. 1. fol. 104.*
de Fiſtula Maxillæ. *Hildan. cent. 3. obſ. 33. fol. 397. & ſeq.*
de Fiſtula in Brachio. Vide *Brachium.*
de Fiſtula Thoracis. *Roderic. à Fonſec. tom. 2. conſ. 6. fol. 15.*
de Fiſtula tradit *Hildan. centur. 6. obſerv. 572.*
de Fiſtula Thoracis periodica. *Panarol. pent. 2. obſ. 13.*
de eadem thoracis cum eroſione claviculæ. *Jo. Scultet. obſ. p. 93.*
de eadem thoracis ſubcutanea, acu pertuſa. *Idem ib. p. 99.*
de eadem thoracis exedentibus curata. *Idem ib. p. 101.*
de fiſtula mammæ dextræ. *Scultet. obſ. pag. 116.*
Ex Fiſtulæ in media coxa curatione ſputum ſanguinis. *Glandorp. Gazophyl. c. 7. Spigel. de Fabr. corp. hum. 5. c. 3.*
de Fiſtulis gingivæ in dentem finiente. *Severin. de effic. med. p. 296.*
de ijſdem in genis. *Idem ibidem pagina 130.*
de ijſdem in primarium canalem tranſverſis. *Idem ibid. p. 104.*
de ijsdem in cole & ſub perinæo. *Idem ibid. p. 106.*
de ulcere ſinuoſo & ani fiſtula. *Foreſt. l. 23. obſ. 14. p. 438.*
de Fiſtula ani, quam hectica ſubſequuta fuit. *Idem ibid. obſ. 15. p. 439.*
de fiſtulis ſeu callo obductis, ſinuoſis & arctis ulceribus. *Idem ibidem obſerv. 16. l. 7.*
de fiſtula antiqua & condylomatibus cum febre. *Ben. Sylvat. cent. 3. conſ. 14. p. 334.*
de Ulcere fiſtuloſo. *Jo. H. Freitag. obſerv. 15.*
de eodem ex vulnere orto. *Bartholet. de reſpir. l. 4. c. 5. pag. 298.*
de Fiſtulis, itidem Mercurio dulci. *Io. H. Freitag. obſ. 16.*
Fiſtulæ inſignis & antiquæ in crure curatio. *Borell. cent. 1. obſ. 83.*
Fiſtulæ cura notanda. *Borell. cent. 4. obſ. 53.*
de Fiſtula penetrante in cavitatem Inteſtini, & ſpinæ Dorſi, cum lue Venerea. *Augen. tom. 2. epiſt. lib. 11. fol. 149.*
de Fiſtulis Colli Veſicæ. *Horſt. part. 2. lib. 4. obſ. 30. Venuſt. 1. part. conſ. 108. fol. 293.* Vid. *Veſica.*
de Fiſtula Perinæi. *Hildan. cent. 5. obſ. 75. fol. 376.*

de Fiſtula in inguine ab altiori origine nata. *Tulp. lib. 3. c. 28.*

de eadem in Scroto, ad Meatum urinarium penetrante. *Roder. à Fonſec. tom. 1. conſ. 59. fol. 214. & conſ. 76. fol. 256.*

de Fiſtula Ani. *Ben. Sylvat. Conſ. 17. C. 3. p. 337. Mercur. tom. 2. conſ. 82. fol. 200. Roderic. à Fonſ. tom. 2. conſ. 7. fol. 18. Severin. de effic. Med. p. 96. & 97. & 106. 286. Trincavell. lib. 3. conſ. 114. fol. 309.*

de eadem cum Tumore præduro ſphincteri. *Augen. tom. 1. lib. 12. epiſt. 6. f. 146.*

de dolore Coxæ, & curata Fiſtula. *Roderic. à Fonſec. tom. 2. conſ. 67. f. 198.*

Flatus.

Conjecturæ & ſigna τὸ ἐμπνευματώσεως. *Brendel. conſ. 22. pag. 80.*

De Inflatione totius corporis in puero. *River. cent. 2. obſ. 69.*

de Affectione flatulenta. *Ben. Sylvat. cent. 1. conſ. 70 p. 121. Scholtz. conſ. 118. & 119. p. 328. & ſeqq.*

de Ruptione flatulenta. *Salmuth. cent. 3. obſ. 61.*

de flatibus ex pudendo erumpentibus. *Idem cent. 2. obſ. 57.*

de Flatibus ventris & inflatione penis. *Montan. conſ. App p. 122.*

Flatus ex ictu abdominis erumpentes vehementi niſu, & ſonitu alto. *Bartholet. de reſp. l. 4. c. 21. p. 253.*

de Flatu furioſo in Ambitu Corporis. *Schench. lib. 5. f. 749.*

de Tumore flatuoſo in univerſo Corpore. *Hildan. cent. 5. obſ. 70. fol. 363. Marcell. Donat. Hiſt. Med. lib. 1. fol. 22. edit. Horſt. fol. 62.*

de Flatibus Melancholicis Cachunde curatis. *Zacutt. de PP. Med. Hiſt. lib. 1. obſ. 37. fol. 73.* Vide *Hypochondriorum obſtructio.*

de Flatu Vena inciſa erumpente. *Schench. lib. 1. fol. 459.*

An Flatus frigidis exolvendi. *Pallu. Stad. Med. p. 99.*

Fletus. Vide *Lachrymæ.*

Fonticuli. Vide *Cauterium.*

Foramen ovale.

De Foramine ovali aperto. *Marchettus Anat. p. 79.*

Fractura Vide *Oſſa.*

De Cæca Cranij Fractura. *Hildan. cent. 5. obſ. 23. fol. 251. Tinell. conſ. 5. fol. 46. Tulp. l. 1. c. 1.*

De Cranij Fractura inſigni. *Iacob. Bont. obſ. 6.*

de eadem in tempore ſiniſtro. *River. obſ. comm. p. 412.*

de eadem Cranij Fractura, ejuſque depreſſione, laminâ exteriore ſalvâ. *Io. Scultet. obſ. p. 37. & 79.*

de Cranij fractura ex percuſſione, cum multis ſymptomatis. *Glandorp. Gazophyl. p. 44.*

Quantum noceat ſtrepitus fracto Cranio. *Pareus lib. 9. c. 14.*

Cranij Fracturæ non apparentes, modusq; eas cognoſcendi optimè: item de crotophyti muſculi ſectione. *Borell. cent. 2. obſ. 20.*

de occulta capitis Rima. *Tulp. lib. 1. cap. 2.*

de Fractura Cranij. *Hildan. cent. 1. obſ. 13 fol. 28. & ſeq. J. H. Freitag. obſ. 21.*

de Fra-

de Fractura Occipitij. *Amat. cent. 2. cur. 2.*

de Fractura Oſſis Cuneiformi. *Tulp. lib. 1. cap....*

de Fractura Oſſis Coronalis. *Pareus lib. 9. cap. 6. & 7.*

de Fractura oſſis Temporalis. *River. obſ. comm. p. 440.*

de eadem ex ictu lapidis cum hæmorrhagia ex ore, naribus, aurib⁹ & multo vomitu. *Pareus lib. 9. c. 19.*

de Fractura oſſis petroſi & vehementi contuſione muſculi temporalis ex ictu lapidis. *Idem ibid.*

de Fracturis oſſium. *Zuinger. Th. v. h. p. 364.*

de inferiore maxilla confracta. *Foreſt. Chir. lib. 8. obſ. 3.*

de vertebris ſeu ſpondylibus colli attritis & confractis ſine vulnere, vel potiùs contuſis. *Idem ibidem obſ. 4.*

de Fractura Capitis ſanata. *Idem lib. 1. cap. 4.*

de Sterni Fractura & depreſſione. *Schench. lib. 2. fol. 322.*

de Fractura Coſtarum. *Hildan. centur. 5. obſerv. 85. fol. 390.*

de Fractura Coſtarum & plicatione earundem. *Idem ibid. obſ. 6.*

de Fractura Furculæ pectoris. *Idem ibid. obſ. 5.*

de Fractura Coxæ. *Idem ibid. obſ. 7.*

de Fractura Brachij. *Hildan. cent. 2. obſ. 66. fol. 244. & cent. 3. obſ. 90. fol. 505. & obſ. 91. fol. 507. & cent. 5. obſ. 84. fol. 399.* Vide *Brachium.*

de Fractura Patellæ. *Hildan. cent. 5. obſ. 88. fol. 413. & ſeq.*

de Fractura fœmoris cum vulnere. *Hildan. cent. 5. obſ. 86. fol. 394. & ſeq. Horſtenſ. part. 2. lib. 4. obſ. 10. Io. Sultet. obſ. p. 121.*

de Fœmore fracto cum tumore, dolore & febre. *Ang. Victor. conſult. 87. pag. 390.*

de Fractura in oſſis fœmoris cervice. *Pareus lib. 14. c. 21.*

de Fractura cruris cum vulnere. *Io. Scultet. obſ. p. 122.*

de quodam qui fracturam cruris patiebatur. *Foreſt. Chirurg. lib. 8. obſ. 2.*

de tibia fracta. *Idem ibidem. obſ. 9.*

de Fractura tibiæ in Gravida. *Jo. Scultet. cent. 5. obſ. 87. fol. 484. & cent. 6. obſ. 68. fol. 582.*

An in Fracturis conveniant Alimenta viſcoſa. *Idem cent. 3 obſ. 72 f. 467.*

de tarda ligaturę ſolutione in fracturis. *Idem cent. 2. obſ. 91. f. 302.*

Curæ ſympatheticæ & magicæ ad fracturas. *Borell. cent. 3. obſ. 46.*

Baculi ad fracturas & contuſiones. *Idem ibid. obſ. 77.*

Conſervæ vis mira ad oſſa fracta ferruminanda, *Camerar. Syll mem. cent. 10. part. 47.*

Fraga.

De Fragorum vi diaphoretica. *Bartholin. hiſt. anat. 87. cent. 3.*

de Fragis ἀντιπαθείας exemplum. *Camer Syll. mem. cent. 9. part. 97.*

de quodam, qui fragorum eſu aquâ & ſaccharo inſperſorum ſine vino ad hydropem vergebat. *Clutius de nuc. med. cap. 12. p. 43.*

Poſt Fragorum uſum, mors. *Hildan. cent. 5. obſ. 38. fol. 292.*

Frigus.

Frigus.

De Frigore totius corporis. *Mercur. tom. 3. fol.* 116.

Frigoris & Caloris cauſæ. *Camerar. Syll. mem. cent. 5. part.* 56.

de refrigeratis membris. *Ruland. cent. 9. cur.* 42.

Ex Frigore congelatæ ferè puellæ cura. *Heer. obſ. 1. B. 5. f.* 2.

A Frigore gangræna. *Borell. centur. 3. obſ.* 24.

Congelationes digitorum hibernæ. *Idem ibid. obſ.* 32.

Noxa à nimia frigidæ collutione. *Tulpius obſ. l. 4. cap.* 10.

Frigoris præſagium ex cepæ pelliculis. *Borellus cent. 3. obſ.* 79.

Extremarum partium Frigore prope enectarum curatio. *Schench. obſ. lib. 5. fol.* 79.

Variæ ſymptomata ſecuta ex refrigeratione corporis poſt iter ſuſceptum per nives. *Wolfg. Gabelch. cent. 2. f.* 128.

de extremè refrigerati cura. *Zacut. de PP. M. lib. 6. Hiſt. 12. fol.* 954. *Hildan. Oper. p.* 792.

de nonnullis ob ingens Frigus congelatis. *Amat. cent. 7. cur.* 86.

de congelationibus miris. *Marcell. Donat. Ciſt. Med. f.* 181.

Miræ in glacie figuræ. *Borellus centur.* 2. *obſ.* 21.

de glacie. *Idem cent. 3. obſ.* 11.

Figuræ plantæ in rore frigore congelato. *Idem ib. obſ.* 71.

Ἀντιπερίστασις cauſa frigus. *Camerar. Syll. mem. cent. 4. part.* 66.

Equites Frigore per Alpes concreti, cum ſcuto & habenis equitantes. *Idem ibidem centur. 5. part.* 60.

Frons.

Quidam natus diviſo in fronte Craneo, ſine labijs, oris loco parvo foramine, & pede unico. *Schench lib. 1. fol.* 224.

de infante ſine collo & Fronte. *Idem ibidem.*

de nonnullis dimidiam frontem ad placitum moventibus. *Ibid.*

Carcinomate ſecundum lævam Frontis partem nato, mors ſubſecuta. *Ibidem.*

Frontis dolor ejuſdem frictione, & vellicatione Auriculæ laxioris partis apparente venula, eaque ſilice inciſa, ſublatus. *Ibidem.*

de dolore Frontis cum magno æſtu Capitis. *Wolfg. Gabelch cent. 2. fol.* 28.

de Ganglio in Fronte, ejuſque cura. *Borell. cent. 1. obſ.* 15.

de Glandula ac etiam de nodo in Fronte, genu. *Foreſt. Chir. l. 3. obſ. 8. p.* 91.

de piſiformi nodo media Frontis ſupercilia deturbante. *Severin. de effic. med. pag.* 11. 12.

de dolore intolerabili ad Frontem circa oſſa ethmoidea. *Ballon. Epid. p.* 173.

Fucus.

Fucus mulierum Grönlandicarum. *Bartholin. hiſt. anat. 90. cent.* 4.

Fucus Fœminarum ex Moris, eorumque uſus Medicus. *Camerar. Syll. memor. centur. 3. part.* 87.

Fulgur. Fulmen.

De quibuſdam Fulmine tactis. *Beniven cap. 23. Hildan. cent. 3. obſ. 26. fol. 387. & ſeq. &*

cent.4.obſ.19.fol.33.Jo.Colles fol.216. Nicol.Fontan.epiſt.14.f.122.

De fulgurum peſtifera vi. *Camer.ſyll.mem. cent.13.part.49.*

Fulminis effectus in homine, ejuſq; variorum effectuum vera cauſa, & quo pacto ejus varia à nobis diſtantia dignoſci poſſit. *Borell.cent.2.obſ.38.*

A Fulmine ſurditas, aliaque rara de eo. *Idem cent.4.obſ.3.*

Fulgur & fulmen à Sulphuris & Nitri eſt prædominio. *Camerar.ſyll.mem.cent.5. part.93.*

Lapidis Fulminei ortus. *Idem ibid. part. 94.*

Fulgur ut fiat, & cur celerius oculos, quam tonitru aures feriat. *Idem ibidem part. 95.*

Finis Fulminum & effectus admirandi. *Idem ibid.part.96. & centur.13. part.53. & ſeqq.*

Fungi. Vide *Ficus.*

De ſymptomatibus ab eſu Fungorum. *Amat. cent. 1. cur 39. Zacut. de PP. M. Hiſt.23.lib.5.f.872. Zecch. conſ. 66. fol. 304.*

de Febre pernicioſa ab eſu Fungorum. *Amat.cent.1.cur.39. Epiph. Hiſt. 11. fol. 30. Foreſt.lib.10.obſ. Hildan.cent.4.obſ.34.f. 69. & ſeq.*

de Morte ab eſu Fungorum. *Ben. Sylvat. cent.4.conſ.79.p.575.*

de Vomitu, & ruptura ab eſu Fungorum. *Hildan.cent.4.obſ.35.f.70.*

ex Fungorum contactu ſolo, ſymptomata. *Idem ibid.obſ.36.fol.70.*

Furor. Vid. *Mania.*

Furunculus.

De Furunculis, qui & Dothienes appellantur. *Foreſt.chir.l.1.obſ.9.*

de Furunculo fero & pravo circa lumborum vertebras brevi hominem interficiente. *Panarol.pent.4. obſ. 23.*

Furunculi tantum in uno latere. *Salmuth. cent.3.obſ.82.*

Gallicus Morbus.

